ctē sabbati: & āni fridarie ei⁹ sūt septē, & āni ei⁹ maximi sūt. 264.  
maiores sūt. 66, medii aūt. 40. & dimidiū: & minores. 15. & forti  
tudo ei⁹ i plagiis circuli i meridie. Et dixit mesceala q̄ significet  
de imaginib⁹ hoīu; hoīem rubeū habentē capillos ruffos & fa  
ciē rotundā leuiter homies de honestantē bñtē oculos croceos  
horribilis aspect⁹ audacē al' citū habentē i pede signū uel macu  
lā. Et dixit dorothi⁹ q̄ signat bñtē acutū aspectū: & ex ptib⁹ pte  
audacię & significat pseuerantiā calliditatē & supbiā & leuitatē  
& mobilitatē & audaciā & negociationē acuitatē & festinatio  
nē in oib⁹ rebus. & habet ex ptib⁹ mūdi Alſe & terras romano  
rū usq; in occidente: & terras tuscorū.

**S**ol p aspectū fortuat⁹ est: & malus p cōiunctionē in  
uno signo & ē mascul⁹ diurn⁹ opaf caliditatē & sic  
citatē: & ē significator patrū si fuerit nativitas i die  
significat regnū maximū & aīam uitalē & lumen &  
splendorē & intellectū & pulchritudinē & mūdiciā atq; fidem:  
Et ex ētate finē iuuētutis. Et pticipat⁹ uniuersis planetis i dispo  
sitiōe annoz. Et ex magisteriis regimē & principatū: & signifi  
cat iaculatiouē iaculorū & uenationē purgationē cū oī spē pur  
gandi q̄ corpora interi⁹ & exteri⁹ purgant. Et ex infirmitatib⁹ si  
gnificat infirmitates calidas & siccias i corpib⁹ apparētes. Et ex  
substātia aurū plurimū & uniuersas spēs substātię. Et ex q̄litate  
ipſi⁹ aī sublimitatē prudētiā & q̄ sequūt honestatē. f. largitatē &  
gloriā & plixitatē mētis. Et ex lectis culturā bonā & eis silia. Et  
significat iperū uocis & fortitudinē celeritat̄. Si cōplectif̄ ei sa  
turnus significat uſſicationē & bmōi principatū. Si Iupiter si  
gnificat i fide principatū & religionē & etiā iudicē inter boies  
iudicatē opa oppressoꝝ ul' iiuriaꝝ &c. Si mars signat ducatū ex  
erxit & iuestigationē belloꝝ. Si uen⁹ signat regnū p mulieres &  
p obsequiū potentū. Si mercuri⁹ signat cōſultores regū & opus

librorū & hereditatū & maiorū operū. Si luna signat opus lega  
torū & detectionē cōsiliorū & huiusmodi silia. Et dixerūt qui/  
dam q̄ sol signat imaginē uultus hoīs:& pprie ex uiris oculum  
dextrū:& ex mulierib⁹ oculū sinistrū:& dixerūt quidā q̄ habet  
cor & medullā & femora. Et ex infirmitatib⁹ comeſtione car/  
niū in ore:& detrimentū oris, pprie:& descensionē aquę in ocu/  
lum:ptas ei⁹ in capite. Et dixerūt indi q̄ cū fuerit in ascendentē  
erit cōburens & habebit signū in facie. Et habet ex coloribus  
quicqd uideſ pegrino colore:& ex saporib⁹ acrē. Et quantitas  
orbis ei⁹ est. 15. graduū. Et ex dieb⁹ diē habet dñicā:& ex nocti  
bus noctē Louis Anni fridarie ei⁹ sūt decē. Et anni ei⁹ maiores  
sūt. 120. maximi sūt. 1460. medii. 39. & dimidiū uel ſm quosdam  
69. & dimidiū: minores uero. 19. Fortitudo ei⁹ ex plagis circu/  
li ē i oriēte. Et dixit mesceala q̄ signat de figuris hoīu᷑ eū q̄ ba/  
bet colorē inter croceū & nigrū. i. fuscū tectū cum rubore breui  
stature crispū caluū pulchri corporis:& habet ex saporib⁹ acutū  
Et dixit dorothi⁹ q̄ figura solis & lunę ē figura planetarū q̄ fue/  
rint cū eis:& ei⁹ q̄ dignior fuerit i loco eorū. Si ergo uelis ſcire  
figurā solis ſcito q̄ sit crocea hñs partē ruboris capillorū oculi  
ei⁹ aliquantulū crocei. Et ex ptib⁹ habēs partē futurorū. i. ptē di/  
uinationis & ē ſignificator naturarū & ſpūs ſapiētię eleuatiōis  
& pfectionis fidei quoq; ſciąz & laudū. Et ex ptib⁹ mundi ba/  
bet zamarach & cura & ferit & ei⁹ terminos & terras romanoꝝ



Enus fortuna feminina nocturna & ē ſignificatrix  
mulierū & uxorū ac matrū ſi fuerit natuitas diur/  
na & opaꝝ frigus & humiditatē temperatam:& ex  
estate habet iuuentutē uel adolescentiā:& ex ma/  
gisteriis instrumēta ludorū ornamēta quoq; & fi/  
guras pulchras & ludos alecarū & ſchacorū & saltationes & ocia  
& fornicationes ac fornicatores & filios fornicatiōis & multi/  
tudinē coitus & uniuersa genera luxurię & cōpositiōes coro/  
narū & uſus earū. & pulchritudinē ac mundiciā uestimenta etiā

& ornūmēta. Aurū & argentū & dilectionē ludos risus & gau-  
diū & unguētis diuersisq; specieb; uti potationes & ebrietates;  
seq; credit oib; largitatē quoq; signat & dilectionē diligentia  
& amore iusticiā & domos oratiōis retinet quoq; fidē; & signat  
magisteriū omniū signorū ueluti musicā &c. q; si cōplectit ei sa-  
turnus signat sonū cantationū quibus deflent aliqui mortui uel  
quas cantat edificatores qñ edificant edificia. Et si cōplectit ei  
Iupiter signat sonū lectionū uel cantationū quib; utuntur dñi se-  
ctarū in altarib; & locis oratiōis eorū in laudē dei oipotentis.  
Et si Mars signat sonos quib; utuntur seculares & cantus vulgi in  
quib; fit mentio blasphemie uel prēliorū: uel in quo fit mentio  
carceris uel laboris & horū silia: ut cant⁹ in quo fit mētio captio-  
nis & alligationis & p̄cussionis flagellorū. Si sol signat sonū li-  
gni quo cantat corā regib; & nobilib;. Si Mercuri⁹ sonū q; exer-  
cit in cōpositiōe uersū. Et si luna significat cant⁹ nautarū in na-  
uibus. Et ex infirmitatib; morbos habet frigidos & humidos  
qui accidūt p̄prie & multotiens in membris genitalib;. Et ex  
substātia quę acquirit ppter pulchritudinē. ut sūt ornamēta mu-  
lierū: & uestimēta earū margaritas atq; picturas. Et ex qualita-  
te animi suavitatē & amicitia & cōmestionē & his silia: & cupi-  
ditates potiōis & cōmestionis ac coit⁹. Et ex sectis culturam  
idolorū & eos in quib; maxime exercent cōmestioes atq; pota-  
tiones. Et dixerūt quidā q; significat anchas & spinam dorsi &  
sperma. Et alii dixerūt q; habet significare piguedinē & carnes  
& renes & uuluā matricē uentrē pectinē & umbilicū. Et habet  
ex colorib; albedines: & ex saporib; unctuosū. Et quātitas or-  
bis ei⁹. 7. graduū. Et habet ex dieb; diē Veneris: & ex noctib;  
noctē martis. Et anni fridarie ei⁹ sūt. 8. Et anni ei⁹ maiores. 82;  
maximi. 151. & medii. 45. minores uero. 8. Fortitudo ei⁹ in pla-  
gis circuli est in dextra orientis. Et dixit mesceala q; signat de-  
figuris hominū boiem albū trabentē ad nigredinē pulchri cor-  
poris & capilloꝝ: faciē habentē rotundā: & paruā bñtē maxillā

pulchros oculos & eius nigredo oculorū est plus q̄z oportet. Et dixit dorothius signat hoīem pulchrā faciē habentē pulchros oculos & multos capillos & plus albū confectū rubore crassum ostendentē beniuolentiā. Et habet ex ptib⁹ partē desiderii: & significat amicitiā & ludū & dilectionē & patientiā & cōiunctio nes masculorū. Et habet ex partib⁹ mūdi albigel & alienem & terras arabum.

**M**ercurius cōmixtus masculin⁹ diurn⁹ inclinat p na turā suam ad eū cui complectif ex planetis & ex si gnis: & est significator fratrū minorū: & significat seruos & dilectionē cōcubinaꝝ: signat etiā deitatē & oracula, ppbetaꝝ & credulitatē et opus et hono rem uel orationē. Qui si in natura sua fuerit & null⁹ planeta ei cōplectif significat res terreas & rerū augmentationē crescēdo: & ex ētate iuuentutē: & pfectū in ea: et ex opib⁹ opera que ge nerant eognitionē p̄dicationē & rhetorica et negociationes et extimationē & geometriā: et dispositionē rei & philosophia et auguria et puerbia et scripturā: et uersificandi scientiā et op⁹ numeri maxime. Cui si complectif saturn⁹ significat ex ope nu meri opus mensurę terrarū et hereditatū et numerū edificiorū atq̄ telarū. Si Iupiter signat numerū psallendi et numerū libro rū diuinorū. Si mars significat numerū q̄ sit in donatiuis exercituū et pugnantiū et numerū p̄cussionū flagellorū atq̄ clauarū. Si sol signat p̄cessus numero regū et substatię domorū. Si Ven⁹ signat numerū chordarū lignorū seu cythararū numerū sonorū atq̄ fistularū. Si luna signat numerū ferculoꝝ q̄ sūt ad comedio nes itinerantiū extra domū. Et signat de infirmitatib⁹ infirmi tatea spūales aīg.i. cogitatiōes horribiles: et inquietudinē men tis atq̄ dubitatiōes et cetera sīlia. Significat etiā animi qualita tem et cetera sīlia sīm cōplexionē suā et cōiunctionē: cū fuerit fortunat⁹ erūt bonitates sīm genus fortunę q̄ facit eū fortunatū: et sīm locū in quo fuerit fortunat⁹ mercurius: et cū fuerit malus

erūt iniquitates sī mālū qđ eū facit mālū: & sī locū in quo fa/  
ctus est malus. Et significat ex sectis culturā unitatis & horum  
filia: & hoc secreto cū hypocrisia & simulatione. Et dixerūt qui  
dā p̄ significat femora umbilicū & pectinē & crura neroos atq;  
uenas & ex colorib⁹ habet omnē colorē cōmixtū atq; uariatū :  
& alez meniū qui est color floris lilii agrestis: & ex saporib⁹ ace/  
tosum. Et quātitas orbis eius est. 7. gradū: & habet ex dieb⁹ diē  
mercurii: & ex noctibus noctē diei dñice. Anni fridarie ei⁹ sūt  
13. & anni ei⁹ maiores. 76. maximi. 460. medii. 48. minores uero  
20. fortitudo ei⁹ in plagiis circuli est in septētrione. Et dixerunt  
quidā mercurius a medio retrogradatiōis eius usq; ad stationē  
secundā significat pueritiā: & a statioē secūda usq; ad cōiunctio  
nem solis iuuētutē: & a cōiunctiōe solis usq; ad stationē primā  
mediā etatē: & a statione sua prima usq; ad medium retrogra  
dationis significat senectutē & cōtrarietatē: & in cōiunctione sua  
p̄ directionē usq; ad stationē primā significat dilectionē & ami/  
citiā & amoris imitationē: & ex statione sua secūda ad cōiunctio  
nem iens significat inquisitionē dilectiōis & cōcordiā: & a sta/  
tione sua prima iens iterū ad retrogradationē significat inquisi  
tionē contrarietatis & dissimilatiōis tarditatē & uerecundiam  
parū & occupationē & stuporē in rebus: & in medio retrogra  
dations significat celeritatē temperatā ppter ingenii debilita/  
tem. & apud stationē secundā significat stuporē & occupationē  
ingenii & tarditatē & egressus ab hac celeritatē & apertioṇem  
ingeniorū: & cōiunctione sua soli p̄ directionē significat celeri  
tatem expansionē ingeniorū & latitudinē uel augmentationē  
eorū. Siliter Veneri accidit in his locis & planetis altiorib⁹. Et  
dixit mesceala mercurius significat ex figuris hoīem nō multū  
albū neq; nigrū habentē colorē: frontē habentē eleuatā & lon/  
gam: in facie longitudinē & nasum longū: rarā habentē barbam  
i maxillis & oculos pulchros nō ex toto nigros: longos quoq;  
habentē digitos. Et ex partib⁹ habet partē negociationis: & si/

gnificat timorē & infestationē & bellum & inimicitias & seductiones & cōtrarietates: significat quoq; pfectum magisterium & subtilitatē in opere & inquisitione:& in ceteris quę fiunt in hominib⁹ ex actis & contentionib⁹. Et ex terris babet adelech alcuidem & maxime in meridie:& terras indorū.

**L**Vna fortūa feminina nocturna operat frigiditatē & humiditatē:& est significatrix matrum: si fuerit natiuitas nocturna & est in ea falsa temperatū & si significat etatem puerilē & initiū crescendi. Et ex opibus babet legatiōes & mandata: & opera aquarum atq; terrarū fīm quantitatē fortunii uel infortunii uel mali q; si fuerit bona significat bonum & econuerso. Significat etiā principatū si presuerit uel fuerit domina aliquib⁹ rebus ad regē pertinentibus si fuerit fortunata a sole in bono aspectu & i bono loco. Et de substantia significat argentum & terrę cultum si habuerit autoritatem in quarta & ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilensiā paralisiā guttā caducā & uultus torso nem enodationē membrorū & cōmotionem:& quicquid fuerit in similitudine frigoris & humiditatis. Et qualitatem animi fīm coniunctionē suam cum planetis. Cui si complectit fortuna:& fuerit fortuna ipsa Venus significat curialitatem & benignitatem: & animi suavitatem:& morum honestatē: & motus celeritatem: & diuinum obsequiū. Si fuerit Iupiter significat honestatē cautelam & societatem & benignitatem & uitę pulchritudinē. Et si complexa fuerit malis & fuerit mars significat studium susurrationis inter homines & usum i talibus. Si Saturnus odium simulationē ac inuidiam. Si fuerit sol ab aspetto laudabili significat dispositionem regalē. Et si fuerit Mercurius significat rhetoriciā id est facundiā & bonitatem lingue & scripturam. Et dixerunt quidā q; significat cogitationem & nouitatem animi & debilitatē sensus & grauitatem lingue:& mulieres honestas:& nutritiones paruulorū:& matres & materte/

ras. & preparatiōes ciborū. Et dixerunt alii q̄ significat cerebrū  
pprie & pulmonē. Et ex coloribus habet croceū: & ex saporib/  
bus salsum. Et quantitas orbis eius est. 12. graduū. Et significat  
ex uiris oculū sinistrū: & ex mulieribus dextrum. Et ex diebus  
habet diē lunę: & ex noctibus noctem ueneris. Anni fridarie  
eius sunt nouē, maiores autem. 108. maximi. 520. & medii. 66. &  
dimidium. & fm quosdam. 39. & dimidium: minores uero. 25.  
Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidentis. Et di/  
xit Messeala q̄ significat de figuris hominū hominē album cō/  
fectum rubore iunctis superciliis: beniuolū habentem oculos  
nō ex toto nigros: faciem rotundā pulchram faturam: & in fa/  
cie eius signum. Et ex terris habet arcoch & timanā & aldeilā  
Et quidam dixerūt q̄ significat pueritiam ab initio mensis usq;  
ad. 7. dies. & a. 7. diebus usq; ad. 14. dies iuuentutem: & significat  
ętatem pfectiōis. i. medię ętatis usq; ad. 21. dies & noctes: & se/  
nectutem usq; ad coniunctionē id est usq; in finē mensis quan/  
do cōiungit soli. Et cum fuerit sub radiis solis significat secreta  
& res occultas. & similiter omnis planeta: & in initio mēsis qn̄  
crescit significat omne qd̄ faciendū est: & ī impletioē sua quod  
destruendū est quia decrescit: & ī initio mensis ipsa & sol signi/  
ficat accusatores: & in fine mensis accusatos: & significat in ini/  
tio mensis lucrū & continentia: in fine mensis stipendia & dis/  
persiones: & significat in oppositione contrarietatem. & in ini/  
tio mutationis ad oppositionem. i. cum fuerint inter eā & op/  
positionē. 15. gradus significat initiū contrarietatis & eius cau/  
sam: & cum separata fuerit ab oppositione significat causas ex/  
ceptionis a contrarietate. & in exitu suo de subradiis Solis si/  
gnificat exitū ab occultatione & bis similia. & in introitu sub/  
radiis significat aptationem ad occultandum: & hora diuisio/  
nis a Sole significat aptationem exitus sui ab occultatione: &  
hora exitus sui de subradiis significat apparitionem & aduen/  
tum ab absentia. & dum fuerit ī quarto aspectu Solis significat

diminutionē rei seu descensionē ab alto in infimū. Similiter in  
quarto aspectu secūdo sed in q̄rto aspectu primo significat appa-  
ritionē rerū & lucrū & augmentū cōtinentię & in q̄rto aspectu  
solis secūdo significat horū opposita. Et dixerūt quidā q̄ luna a  
cōiunctione quidē usq; ad dimidiū luminis sui primū erit natu-  
ra ei⁹ humida & a medietate luminis sui usq; ad impletionē erit  
natura ei⁹ calor. & ab impletione usq; ad dimidiū sui luminis se-  
cundū erit natura ei⁹ siccitas; & a dimidio luminis sui secūdi us/  
q; ad cōiunctionē erit natura ei⁹ frigus. Reliqui uero planetę ab  
ortu suo usq; ad stationē suā primā in natura humiditatis erunt  
& significat pueritiā: & a statione sua prima usq; ad oppositio-  
nē solis erit natura eorū calor & significat iuuentutē: & ab hoc  
loco usq; ad stationē secundā erit natura eorū siccitas & signifi-  
cat pfectā etatē: & a statione sua secūda usq; ad occultationē suā  
primā erit natura eorū frigus: & significat senectutē frigidā. Et  
dixerūt quidā q̄ sol significat spiritū.i.āiam uitalē:Luna cogita-  
tionē & sensū. Saturnus merorē & tristiciā uilitatē & malū. Jupi-  
ter sapientiā & rationē. Mars irā furiā & celeritatē. Venus ludū  
& gaudiū. Mercuri⁹ rōnalitatē seu dialecticā & disciplinā. Et q̄a  
diximus in hoc caplo de significatiōe planetarū dū cōplectunf  
alteri planetę. Similiter etiā est considerandū in ceteris rebus q̄  
significant planetę.

**D**E ordine uero planetarū seu principatu eorū in cō-  
ceptione puerorū: & q̄zdiu fuerint in uentre matr̄.  
Sciendū est q̄ primus mensis ab hora. f. cōceptiōis  
est Saturni. secūdus Iouis. terti⁹ martis. q̄rtus solis.  
quint⁹ Veneris. sextus mercurii. septim⁹ lunę. octa-  
uus saturni: & iō nō uiuit qui nascit in octauo mense: eo q̄ sub  
potestate saturni nascit. & nonus Iouis. Principatus quoq; siue  
ordinatio planetarū i uita hūana.i. qualit̄ disponat uitā nati ita  
diuidit. Luna incipit ab ingressu nati.i.a natuuitate pueri. & dis-  
ponit fm quantitatē annorū nutritiuorū q̄ sunt quattuor anni.  
Deinde mercurius post dece. deinde Venus octo. postea sol. 19.

postea mars quindecim. postea Iupiter duodecim. deinde satur  
nus usq; in fine uitæ.


**D**e natura capitis draconis & caudæ.  
Aput draconis est masculinus. Siliter etiā est for  
tuna & natura eius est cōposita ex natura Louis &  
Veneris & hoc significat regnū & fortunā atq; sub  
stantiā. Et dixerūt quidā q; natura eius est augmē  
tatio: quia cū fuerit cū fortuna auget fortunā eorū  
& cū fuerit cū malis auget malitiā eoꝝ: & ani fridarie eiꝝ sūt tres

Cauda uero eius est mala & natura eiꝝ est cōposita ex natura  
saturni & martis: & significat dejectionē & casum atq; paupertatē  
Et dixerūt quidā q; natura eius significat diminutionē q; cum  
fuerit cū fortunis diminuit fortunā eorū & cū fuerit cum malis  
diminuit maliciā eorū: ideoꝝ dictū est caput: est fortuna cū est  
cum fortunis: & malū cum malis: & cauda mala cū bonis & bo  
na cum malis: & anni eius fridarie eius sunt duo.

De horis diei & noctis quorū sunt planetarū.

**S**i fuerit aliqua dies uel nox alicuiꝝ planetarum erit  
prima hora ipsiꝝ planetę & secūda hora alterius pla  
netę qui ei succedit: ceterorūq; fm ordinē circulo  
rū pari ratione est successio: uerbi gratia die uene  
ris cuiꝝ est & dies: prima hora est ipsiꝝ ueneris. secū  
da mercurii. tertia lunę. q̄rta saturni. quinta Louis. sexta martis.  
septima solis. octaua iterū ueneris. nona mercurii. decima lunę.  
undecima Saturni. dnodecima Louis. ecce babes. 12. horas diei  
inēq;les. Itē de horis noctis. Prima hora sequētis noctis est mar  
tis cuiꝝ est & tota nox. secūda solis. tertia ueneris. q̄rta mercurii.  
quinta lunę. sexta saturni. septima Louis. octaua iterū martis. no  
na solis. decima ueneris. undecima mercurii. duodecima lunę.  
& sic babes etiā. 12. horas noctis inēquales. Et incipit dies fab  
bati postea cuiꝝ prima hora ē saturni: & ipsiꝝ est tota dies sic per  
ordinē numarando iuenies horas dierū & noctiū & diuisiones  
earū sup planetas singulos si deus voluerit.

**D**e horis mas. & femi. etiam cum collectis  
Icūt & horē eē masculinē & femininē: qā hora pri-  
ma uniuscuiusq diei & noctis est masculina. secun-  
da feminina. tertia mas. quarta femi. sicq succedūt  
p ordinē una. s. femi. alia mas. usq i finē diei & noctis  
**DIFFERENTIA TERTIA IN HIS QVE ACCIDUNT**  
planetis septē in semetipsis & qd accidat eis abinuicē.



T quia iā annuēte deo iam peginimus  
esse planetarū in semetipsis: & quid  
significēt: p se quanm narrādo quid  
eis accidat in semetipsis & abinuicē  
id est a quibusdā erga quosdam.

**S**ignificatio planetarū in se/  
metipsis ē ut sit planeta ascē-  
dens i circulo augis suę mi-  
nor lumine & magnitudine atq cur-  
su idest cū fuerit inter ipsum & suam  
augem minus. 90. gradibus ante uel  
retro: si autē fuerint inter ipsum & augē. 90. gradus équales erit  
equalis in lumine & magnitudine atq cursu. si uero fuerit extra  
hęc duo loca i. plus. 90. erit descendēs de circulo augis & appa-  
rebit maior lumine & magnitudine ac cursu uelocior: & si fue-  
rit portio eius équata minus. 180. gra. erit augēs numerum & si  
fuerit plus erit minuēs numerū: & si fuerit portio ei⁹ équata ex  
180. gra. uel. 360. erit nec augēs nec minuens: & si addat équatio  
équata sup mediū cursum dicit augens cursum uel numerū: & si  
minuit eius équatio dicit minuēs numerū. Et qñ aliquis planetarū  
rū altiorū. 3. uadit plus medio cursu suo dicit augere cursū: & si  
minus uadit dicit minuere cursū: & si uadit tm̄ dicit cursū équa-  
lis: & qñ aliquis planetarū inferiorū uadit plus medio cursu so-  
lis erit augens cursum. qñ uadit minus dicit minuēs cursum: &  
qñ uadit tm̄ erit cursū équalis. Luminariū autē esse in cursu ēsi-  
cut esse triū altiorū planetarū. Fit quoq planeta septētrionalis

cū transferit gézabar suū.i.cū transferit p̄ uiam solis iens ameri/  
die in septentrionē ille transit⁹.i. illa abscisio circulorū dicit gé/  
zabar,cū ergo planeta trāsierit ipsā abscisionē & fuerit inter pla/  
netam & ipsā abscisionē minus.90.gra.erit planeta septētriona/  
lis ascendens.& cū fuerit a.90.usq; ad.180.erit septētrionalis de/  
scendens:& cū transferint hūc numerū.i. cū habuerit plus iens  
ad.270.erit meridianus descendēs:& cū transferint hūc nume/  
rū iens ad.360.erit meridian⁹ ascendēs. hoc est esse planetarū in  
semetipsis.



E esse autē planetarū ab inuicē tractem⁹.s. qd acci/  
dat.5.planeti erga luminaria:& dicem⁹ ex hoc qd  
dixit Ptolemeus de almugea hoc est de uisione i/  
uicē faciei ad faciē.hoc est cū fuerit inter planetā &  
solē dū fuerit planeta occidētalis.i.dū seq̄t solē tantū quantū est  
inter domū illi⁹ planetę & domū solis de signis:aut cū fuerit int̄  
ipsū planetā & lunā cū fuerit oriētalis a luna.i. dū succedit luna  
tantū quantū ē int̄ domū planetę & domū lunę ex signis.i. cum  
fuerit planeta tñ distas a sole post quantū distat dom⁹ ei⁹ a do/  
mo solis.siliter de luna dicit: qa cū planeta successerit soli & fue/  
rit a sole saturn⁹.s.in.6.signo.& Iupiter in.5.mars in.4.venus in  
3.mercuri⁹ in.2.tūc dicit esse i almugea solis.Siliter cū fuerit int̄  
unūquēq; planetā & lunā succendentē hic numer⁹ signorū unius  
cuiusq; planetę dicit esse in almugea lunę.

#### De ductoria.i.securitate planetę.

**D**X hoc ductoria planetę.i. ut sit planeta i suo haiz.i.i p/  
te sibi ppria & aliquo anguloz ascēdētis: & aliqd lumi/  
nariū: siliter i loco sibi cōsili in qdrante uidelicet i alio  
angulo.ita q sit planeta i die orientalis a sole:in nocte occiden/  
talis a luna & oīs planeta dicit esse in sua ductoria s̄m quosdam  
cū fuerit int̄ planetā orientalē & solē.60.gra. Et oīs planeta ex  
quo tegit a radiis solis donec appareat de subradiis uocat cōbu/  
stus:& dū incipit intrare radios dicit incepisse cōburi:&dū ab/  
scondit sub radiis & fuerit ppe solem p.12.gra. dicit oppressus

& cū fuerit cū sole in uno gradu: fuerintq; inter eos. 16. minuta: uel infra & latitudo eius sūlter uocat unitus: & cū transierit ean/ dem unionē petē exitū donec uideat uocat eius. Et ex quo apparēt tres altiores de subradiis & īcipiūt oriri.i. apparere ma/ ne ante sole: hoc est cū fuerint p̄pinq̄ores circulo hemisperii orientalis donec ueniāt ad oppositionē uocant orientales dex/ tri & ex quo transierint oppositionē donec cōiungant iterum soli uocant occidentalis sinistri. Venus uero & Mercuri⁹ ex quo separat alijs eorū a gradib⁹ solis in medio retrogradatiōis suę & apparēt donec comburant a sole in sua directione uocan tur orientales & ex quo separant a sole in medio directionis suę donec iterū cōburant in retrogradatiōe sua uocant occidenta/ les: & cū fuerint in ortu suo.i. cum fuerint orientales uocantur dextri. & dicunt̄ esse masculini & occiduo suo. i. cū fuerint occi dentales uocant̄ sinistri: & dicunt̄ esse feminei: & tūc sūt fortio/ res. Tres uero altiores postq; exēt de subradiis solis uocant orientales & dicunt̄ augmētari in fortitudine usq; ad. 30. grad⁹ a sole & uocant̄ post hoc usq; ad. 30. gradus alios orientales for/ tes uel fortiores: & cū transierint solem. 60. gra. uocant̄ planetę orientales eūtes ad debilitatē donec ueniant ad retrogradatio nem tūc noīant̄ orientales retrogradi donec sint & ueniāt ī op positione: & post hoc erūt occidentales retrogradi cum transie rint oppositionē donec pueniant ad directionē: deinde a dire ctione usq; ad. 60. gra. post directionē donec sit longitudo eorū a sole. 30. graduū dicunt̄ occidentales fortes deinde a longitu/ dinc. 60. graduū post directionē dicunt̄ occidentales eūtes ad debilitatē: deinde siūt occidentales debiles donec intrent sub radiis solis. Inferiores quoq; ex quo separant a sole & ipsi re/ trogradi uocant orientales debiles: sicq; esse nō desistūt donec ueniant ad directionem suā & tūc siūt orientales fortes: donec longitudo eorū sit a sole sicut longitudo solis ab eis fuit dū ce/ piscent debilitari eūtes ad retrogradationē: deinde siūt oriē/

tales debiles donec supponant radiis solis post hoc sunt cōiuncti: deinde combusti eentes ad apparitionē donec uideant: & ex quo separant̄ a sole in directione usq; ad. 60. gradus sunt fortiores. & a. 60. usq; ad horam suę retrogradationis erūt occidentales fortes & donec fuerint cū sole erunt debiles: & planeta cū exierit de subradiis solis: & nulli planetę iunctus fuerit dicitur q̄ sit in lumine suo: hoc est esse planetarū cum luminarib⁹.

De his quę accidūt planetis ad seiuicem.

Sic autē illorū erga seiuicē hoc est idem q̄ cōiunctionis o.i. cū fuerint duo planetę in duob⁹ signis aspicientibus se & fuerit leuior in signo suo min⁹ gradibus q̄s fuerit ponderosior in signo suo: fuerintq; inter eos. 6. gra. uel infra: tunc dicit̄ q̄ leuior eat ad coniunctionē ponderosioris: & cū gradus eorū fuerint ęquales p̄ficitur coniūctio eorū: & cum transferit eū erit ab eo separatus coniūctio hęc dicit̄ coniūctio longitudinis. Cōiunctio uero latitudinis est ut duo planetę iungan̄ per latitudinē. Et si fuerit applicatio coniunctionis oportet ut sit latitudo eorū ęqualis in una parte: & si fuerit coniūctio ex oppositiōe oportet ut sint latitudines eorū ęquales: ita ut latitudo unius sit ascendēs in septētrione: & alterius descendēs in septentrione uel unius ascendens in meridie: & alterius descendens in meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo aliorū aspectu: hoc est q̄ sit latitudo unius septētrionalis ascendens: & alterius meridiana descendēs & ecōuerso in meridie: & hęc est applicatio latitudinis q̄ dicta est.

Et cū separat̄ unus planeta ab alio & nulli planetarū iungit̄ q̄s diu in eodem signo fuerit dicit̄ cursu uacuus. Et cū fuerit planeta in aliquo signo: & aliquis planeta nō aspexerit hoc signū alter planeta q̄s diu in eodem fuerit dicitur feralis uel agrestis.

Et cum separat̄ planeta leuis a planeta ponderosiori & iunctus fuerit alterius, transfert naturā primi ad secundū. Transferr etiam planeta naturam alio modo: hoc est ut planeta leuis iūgāt plā-

nete ponderosiori se: & ipse ponderosior iterum alteri se pon-  
derosiori: tunc melius transfert naturā leuioris ad ponderosio-  
rem. Si autē nō iungit unus istorū alteri: & iungit uterq; alte-  
ri: tunc si aspicerit ille tertīus planeta aliquē locorū circuli red-  
dit lumen eorū ad locū ipsum. & hoc uocat redditus luminis.  
Iterū si un⁹ planeta nō iungit alteri: sed alter planeta tertius in  
utrosq; transtulit lumen tūc hęc coniunctio dicit̄ etiā redditus  
luminis. Sequit̄ phibitio & sit duobus modis. Vno s.f. ex cō/  
iunctione hoc cū fuerint tres planetę in uno signo sed in diuer-  
sis gradib⁹: & fuerit ponderosior plus gradib⁹ tūc ille qui ē me-  
dius phibet priorē illū s.f. qui est minus gradibus ne iungāt pon-  
derosiori donec ptranscat eum. Secūdo modo ut duo planetę  
sint in uno signo: & leuior iungāt ponderosiori: alter quoq; iū/  
gatur eidem ponderosiori p aspectū: ille ergo q; est cū eo in uno  
signo aspicientē phibet a ponderosioris cōiunctione: si fuerint  
tñ gradus illius qui iungit̄: & ipsius qui aspicit̄ équales. i. unius  
numeri. Si uero ille qui aspicit̄ fuerit ppior gradui ponderosio-  
ris erit cōiunctio aspicientis. Et si cōiungit̄ planeta dñō illi⁹  
signi in quo fuerit: uel domino exaltationis seu domino cete-  
rarū dignitatū in quibus fuerit: dicit̄ pulsare id est mittere natu-  
ram illi⁹ planetę dñi. s.f. eiusdē dignitatis ad eū. Et si fuerit pla-  
netā in aliqua dignitatum suarū & fuerit iunctus alii planetę q;  
habeat etiam partem dignitatis in eodem loco mittit ei etiam  
utrāq; naturam suā. s.f. & illius cui iungit̄: & hęc missio omnis uo-  
catur alcobol. i.receptio.

Vnc sequit̄ redditus. i. qn̄ iungit̄ planeta alicui pla-  
netę qui comburit̄. i. qui fuerit sub radiis solis uel  
fuerit retrogradus redditq; ei uirtutē ppter debili-  
tate suā quā nō ualet retinere tūc si fuerint utriq;  
planetę in angulo ul' succedentib⁹ angulorum erit  
redditus cum pfectio. similiter si fuerit qui coniungit̄ ei tantum  
in angulo & ille cuic oniungit̄ receperit eum. Si autē fuerit pla-

neta qui iungit cadens ab angulo & ille cui coniungit in angulo uel in sequenti angulorum aut si utriq; fuerint cadentes erit redditus cum detimento.

**N**de sequit almenē, i. refrenatio quē fit qñ plane/ta uult cōiungi alteri: sed anteq; iungat accidit re/trogradatio & sic destruit eius cōiunctio. Hanc sequit alichorad, i. cōtrarietas accidēs: hēc fit cum aliquis planeta leuis fuerit multorū graduū ī signo & alter illo ponderosior minus gradib<sup>9</sup>: tertī quoq; leuior pri mo uolens coniugi ponderosiori sed anteq; ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus & iungit & ap/plicat illi ponderoso. & transiens illū iungit etiā alteri planetę leuiori. & sic destruit coniunctio illius prioris cū ponderoso.

**E**quitur alfaiz, i. frustratio. hēc quoq; fit cū aliquis planeta petit coniunctionem alterius planetę. sed anteq; pueniat ad eum mutat iste in aliud signum & erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signū & erunt radii eius in initio signi. Cūq; exierit sequens planeta de primo signo iungit isti aspicienti & annullat coniunctio quam habebat cū illo, s. cum primo.

**I**n sequitur abscisio luminis hoc est quando aliq; planeta petit coniunctionē alterius & fuerit in se/condo signo a signo illius cui iungit alter planeta. sed anteq; iungat ei prius fit ille qui est in secundo signo retrogradus. coniungitq; ei & abscindit lu/men suū a planeta qui uolebat cōiungi ei: similiter si fuerit pla/neta iens ad cōiunctionē alterius planetę & ipse alter planeta cui uult iungi petat coniunctionem alterius planetę se pondero/sioris: sed anteq; pueniat leuis ad gradus ponderosioris iungit ipse ponderosus alteri seipso ponderosiori: & abscindit lumen illius a planeta primo leuiori.

## De locis fortunatis & malis

Vnt quoq; his planetis loca in quib; cōfortant &  
in quib; debilitant: & loca in quib; sūt fortunæ: &  
loca in quib; sūt mali. Sed loca in quib; sūt fortu/  
næ sūt hęc. ut s. f. sint in aspectib; bonorū. i. in aliquo  
aspectu utili. s. sextili: aut i trino aspectu qui a qui/  
busdā ita nomiaſ exagona radiatio quoq; ac trigona: & ut sint  
mali cadentes ab eis. sintq; sepati ab infortuna & iūcti fortunæ:  
aut sint obſeffi a fortunis uel radiis eoꝝ. i. ut sint inter duas for/  
tunas uel inter radios fortunarū. Hęc est enī obſeffio ut ha/  
beat planeta fortunā uel radios eiꝝ ante ſe & alia fortunā uel eiꝝ  
radios poſt ſe. Et quidā uocat hoc alitifert. i. ueneratio: aut ſint  
uniti cū ſole in uno gra. aut ſint i aspectu eiꝝ sextili: ſiue trino uel  
consili aspectu lunę & luna tūc ſit fortunata: & ut curſu ſint ue/  
loces aucti lumine & numero: aut ſint i dignitatib; ſuis uel in  
ſuo baiz. i. i ſua ſilitudine ut ſit uidelicet planeta masculin⁹ in ſi/  
gno masculino: & feminin⁹ i ſigno femininō & diurn⁹ in die ſup  
terrā: & in nocte ſub terra nocturn⁹ in nocte ſup terrā: & in die  
ſub terra & reliqua & ut ſint in signis i quib; habuerint digni/  
tates ſeu potestates ſuas: uel in gaudiis ſuis uel i gradib; lucidis  
recepti: & ex fortitudine eorū eft ut ſint ascendētes in ſepen/  
trione: aut ſint ſeptētrionales: uel ſint ascendētes in circulo au/  
gis ſuę aut in ſtatione ſecūda hoceſt qñ fuerint in ſtatiōe ubi di/  
rigant a retrogradatiōe aut ſint exeunteſ de ſubradiis ſolis. aut  
ſint in angulo uel in ſequenti eiꝝ: aut ſint tres altiores orienta/  
les a ſole: q; ſi eū aspexerit ſextili aut trino aspectu erit illis hoc  
argumentū fortitudinis: aut fuerint i quartis masculinis & ſol  
cū fuerit in illis quartis masculinis aut in signis masculinis erit  
fortis etiā niſi ſit in libra: quia ibi cadiſ. Et ex fortitudine triū  
inferiorū eft ut ſint occidentales a ſole: aut in quartis femininis  
& ex fortitudine lunę ut ſit in nocte ſup terrā & in die ſub ter/  
ra in loco feminino uel in ſigno feminino: & cū fuerit in exal/  
tatione ſolis

De infortunio planetarū.

Ex infortunio uero planetarū & destructiōe eorū est ut sint  
in cōiunctiōe malorū aut in oppositione eorū uel in eorū tetra  
gona aut trigona aut exagona radiatione: aut si fuerit inter eos  
& corpus mali uel radios eius minus termino planetę: aut fue/  
rint in terminis malorū aut domib⁹ eorū: aut sint mali eleuati  
sup eos a. 10. uel. 11. a locis eorū: & multo deterius si nō recepe/  
rint eos. Aut fuerint in cōiunctione solis uel oppositione eius  
uel in tetragona radiatiōe: aut fuerint in capitib⁹ suorū gēzabar  
aut cū caudis suis aut cū capite draconis uel cauda sintq; inf⁹ eos  
& inf⁹ aliquē istoz. f. locoz. 22. grad⁹ uel infra: & maxime si fuerit  
luna in aliquo eorū: si l̄ter & sol tūc magis impedīt ab eis. i. a ca  
pite uel cauda cū fuerint inter ipsū & unū eorū etiā. 4. gra. añ uel  
retro. aut fuerint planetę obſeffi inter duos malos: hoc est ut sit  
planetā in signo aliquo & cū eo malus uel radii ei⁹ ante ſe: & ma  
lus uel radii ei⁹ poſt ſe: aut ſepet a malo p cōiunctionē uel p aspe  
ctum: & iungat tali modo alteri malo: aut fuerit malus uel radii  
eius in signo qđ est ante eū. i. in ſecūdo ab eo & in signo qđ est  
poſt eū. i. in. 12. ab eo fuerit alter mal⁹ uel radii ei⁹. Similiter di/  
ciſ de signis q; ſint obſeffa. Qđ ſi alſpexerit fortuna uel ſol eūdē  
planetā obſeffum uel signū obſeffum a trino uel a ſextili aspectu  
fueritq; inter eū & coniūctionē minus ſeptē gradib⁹ ſoluīt ipſa  
malicia uel obſeffio.


Et ex hoc ut sit  
planetā retrogradus uel ſub radiis ſolis combuſt⁹: aut cadēs ab  
ascendēte: aut ex debilitate eorū ut ſint tardī cursu aut in ſatio  
ne prima hoc eſt qnī ſtant ut retrogradi ſiant. aut ſint in gradib⁹  
tenebroſis. aut ſint masculini. i signis femininiſ & gradib⁹  
femininiſ i die ſub terra & i nocte ſup tetrā. aut ſint feminini i  
signis masculiniſ & in gradibus masculiniſ i nocte ſub terra &  
i die ſup terrā. aut ſint in oppositione dignitatū ſuarū ſeu po/  
teſtatū: aut descendētes in meridie uel meridiani aut cadentes  
ab angulis uel a ſuccedentib⁹ angulorū. aut in domib⁹ cadenti/  
bus aut ſint in uia cōbuſta quē eſt medietas ultima librē & pri-

ma medietas scorpionis: aut iungant planetę retrogrado uel impedito seu cadenti aut non sint recepti. Aut sint tres altiores a sole occidentales. aut in quartis femininis. & debilitas solis est ut sit in signis femininis aut in quartis femininis nisi sit in domo nona: & debilitas triū inferiorū est ut sint orientales aut in quartis masculinis.

### De amicitia & odio planetarū.

Tdicit in planetis q̄ sint quidā eorū se iuuicē dilingentes & odientes: nā de diligentib⁹ quidam anti quorū dixerūt q̄ Iupiter diligit oēs planetas & sit amicus eorū & ipsi illi⁹ preter martē. Veneris amici sunt oēs planetę & oēs diligunt eū preter saturum. Saturni autē amici sunt Iupiter sol & luna & inimici eius mars & uenus & ipsa plus habet eū odio. Et amica martis ē Venus & ceteri planetę odio habent eū & plus Iupiter & sol. Solis uero amici sūt Iupiter & Venus: & inimici mars mercuri⁹ & luna. Mercurii amici sūt Iupiter Venus & saturnus tñ & inimici eius sūt sol & luna & mars. Lunę autē amici sūt Iupiter & uenus & saturnus: & inimici mars & mercurius. Capitis draconis amici sūt Iupiter & uenus & inimici saturn⁹ & mars. Caudę uero amici saturnus & mars: inimici sol & luna Iupiter & Venus. Et sūt aliq species inimicitię cū fuerint duo planetę habētes dominos suas oppositas ut mars & Venus & cū cōiungunt̄ dicit apertio portarū. Tertia quoq̄ sp̄es inimicitię est ut sint duorū planetarū exaltationes oppositę. Fortior autē planetarū amicitia est ut cōcordet planeta cū planeta i natura & in qualitate atq̄ substantia & potestate sicut cōcordat mars cū sole quia uterq̄ concordat in caliditate & siccitate & acuitiōe & celeritate & ē dominus exaltationis ei⁹ in qua appareat eius fortitudo: & uti concordat luna & Venus in frigore & humiditate. & est dñā exaltationis eius. Cum autē concordauerūt duo planetę in natura & substantia ut Iupiter & Venus sunt amici.

## DIFFERENTIA QVARTA IN EXPOSITIONE NOMINVM ASTROLOGORVM.



T psequamur nūc expositionē no/ minū astrologorū. Initiū horū ē Cō/ iūctio & res significātes destructio/ nes seu mutatiōes quē fiunt in hoc sēculo ex cōiunctionib⁹: quarū nu/ merus est sex: maior autē oībus con/ iunctionib⁹ est cōiunctio saturni & Iouis i initio arietis & hēc fit i. 960. annis. Secūda autē eorū cōiunctio est in initio uniuscuiusq⁹ triplicita/ tis & hēc fit in. 140.ānis. Iungūt enī in unaquaq⁹ triplicitate duodecies: & fortassis faciūt in unaq⁹ triplicitate. 13. coniūctiones : deinde mutat eorū cōiunctio ad triplicitatē q̄ huic succedit. Tertia autē cōiunctio est saturni & martis in initio cancri q̄ fit in oībus. 30.ānis. Quarta quoq⁹ est cōiunctio Iouis & saturni i unoquoq⁹ signo q̄ fit in oīb⁹. 20. annis. Quinta ē descensio luminaris maioris in punctū equi/ noctii uernalis tpis. f. ingressus solis i capite ariet⁹ q̄ fit in oī an/ no. Sexta est cōiunctio luminariū & oppositio eorū q̄ fit i di/ midio cuiusq⁹ mensis lunaris. Et qn̄ dicit ascendēs cōiunctiōis dicit uel significat ascendens mūdi. i. signū qd̄ ascendit hora in/ troitus solis in p̄dictū punctū equinoctii uernalis in initio. f. il/ lins anni in quo debet fieri cōiunctio p̄dicta.

De animodar. i. grad⁹ ascendētis nativitatū inuestigatiōe.

T ex hoc animodar qd̄ est iuestigatio grad⁹ ascen/ dentis alicuius nativitatis: & putat multi astrolo/ gorū q̄ iueniat p̄ eūdē idē grad⁹ ascēdētis nativita/ tis alicuius: sed hoc falsum est: & hoc iā patefeci in libro meo quem feci de animodar: sed inuenitur per eundem dignior omnib⁹ gradibus circuli post gradū ascen/ dētis i eadē hora s̄m cursū naturalē: & cōcordat multotiens. i.

accidit aliquā p̄ inueniat p̄ eū gradus ascendētis. Cui rei cognitio est ut consideret gradus cōiunctionis uel gradus p̄uentiōis q̄ fuerit ante ipsā natuitatē: & si fuerit cōiunctio illi natuitati p̄prior uocat ipsa natuitas coniunctionalis: & si fuerit p̄uentio illi p̄prior dicit p̄uentionalis. i. in qualicūq; eoꝝ fuerit natuitas in cōiunctiōe. l. uel p̄uentione eodē modo & nomine natuitas p̄dicta nuncupat: & quia gradus cōiunctiōis est idē gradus in quo iungunt luminaria nulla est inquisitio nec indiget expositione: in preuentiōe autē quia unūq; luminariū est in gradu suo. i. in diuersis gradib;. Necesse est nobis scire quē horū gradū uelit intelligi gradū p̄uentiōis: & iā dixit Ptolemeus quia gradus illi luminaris qđ fuerit sup terrā est gradus p̄uentionis & quidā sepientū dixerūt q̄ si euenerit in p̄uentiōe q̄ unū lumenariū sit in gradu orientis & alterū in gradu occidētis: tunc gradus oriētis erit gradus p̄uentiōis. Et dixit Vellius quia gradus p̄uentionis est gradus in quo fit impletio uolens intelligi gradū lunę: sed q̄a hoc est opus Ptolemei oportet ī hoc nos redire ad eius sententiā. cū ergo gradus cōiunctiōis uel gradū p̄uentionis certissime patuerit cōstitues gra. ascendentē p̄ extimationē horę natuitatis & quattuor angulos & reliquias domos: deinde aspicies gra. cōiunctiōis uel gradū p̄uentiōis que fuerit ante natuitatē. & quis planetarū in eo fuerit dignior uel fortior in eadē hora cōiunctiōis uel p̄uentionis p̄ multitudinē dignitatū seu potestatū. i. cōsiderabis q̄s planetarū habeat maius dominū in eodē loco. Hūc ergo planetā equabis ad horā opī natū natuitatis. deinde aspicies utrū sit gradus illi planetarū in signo in quo est p̄prior gradui. 10. domus aut gradui ascendētis & cui horū p̄prior fuerit facies hunc angulū ad instar gradū ipsius planetarū & eius minuti: & diuides. 12. domus p̄ eū. dixit Ptolemeus si planetarū plures cōuenerint in dominio eiusdem loci. & fuerint equales in fortitudine cōstitues dominū loci illū q̄ fuit dñs haiz: q̄ si in hoc etiā cōuenerint cōstitues eū q̄ uelocius

debet mutari ab esse suo ad id qd fuerit melius.i.eū qui uoluerit exire de aliquo signo in quo fuerit:& intrare aliud i quo habuerit plures dignitates: uel si fuerint orientales a sole eliges eū qui soli fuerit propinquior & nō fuerit sub radiis.Si uero i angulo fuerint ille est eligendus qui gradui eiusdem anguli fuerit proximipinquior:& hoc intellige.

**T**ex hoc hylech.i.locus uite in natuitatib' cuius scientia est ut primo aspicias horā natuitatis:quę si fuerit in die accipies a sole: qui si fuerit ante gradum signi ascendentis p.5.gradus aut infra: aut fuerit in.10.uel.11.sive masculinū fuerit ipsū signū seu femininū aptus erit ut sit hylech.Si autē fuerit in his tribus locis s.f.in septima uel octaua uel nona in signo mas.siliter aptus erit ut sit hylech.Si uero fuerit in his trib' locis in signo feminino nō erit aptus ut sit hylech.Hinc aspicias lunā qd si fuerit i ascendentē uel in secūda uel tertia aut in septima ul' octaua erit apta hylech sive masculinū sive femininū fuerit signū.Et si fuerit ante gradū signi ascendentis p.5.gradus uel infra:aut fuerit in.10.uel.11.aut in quarta uel quinta uel in septima i signo feminino aptetur hylech.Si autē fuerit i aliquo istorū in signo masculino nō erit apta hylech si fuerit in die natuitas.Si uero natuitas fuerit nocturna incipiam a luna quę si fuerit in aliquo predictorū locorū: s.m qd p̄diximus erit apta hylech.Si autē luna nō fuerit in eis aspicias post hoc ad solē: qui si fuerit ante grad.7.p.5.gradus uel infra:aut si fuerit in.4.uel in.5.erit aptus ut sit hylech sive si signū fuerit masculinū sive femininū.Si uero fuerit ante ascendentem.5.gradib' uel infra:aut in ascendentē uel i secūdo signo mas.aptabit etiā hylech.Si autē fuerit in aliquo istorū locorū i signo femi.nō erit aptus hylech.Qd si luminariū aliquod nō fuerit aptū hylech.Aspice post hoc natuitatē:utrum sit coniunctionalis aut p̄uentionalis.i.utrum sit post cōiunctionē uel p̄uentionē.Qd si fuerit natuitas cōiunctionalis & fuerit gradus cōiunctiōis in dd

aliquo angulorū uel in succedenti angulo: erit in loco apto hylech: Si uero predictus gradus fuerit cadēs ab his octo locis.i. ab angulis & a succedentibus angulis nō erit hylech. Aspicies tunc gradū partis fortunę: qui si fuerit in aliquo angulo: uel in succedentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si uero cadens fuerit ab his. s. locis. Aspicies post hoc gradū ascendentis & cōstitutes eū hylech. Si uero natuitas p̄ventionalis fuerit: incipies a gradu p̄ventionis. Aspiciesq; eū sicut prius fecisti in gra. cōjunctionis: & post ipsum gradū partis fortunę: post ipsū gra. ascendentis eo ordine quo p̄dixim⁹ in gradu coniunctionis. De sexu autē signoz nō curabis. i. nō aspicies utrū sint signa illa mas. uel femi. nisi tantummodo in luminarib⁹ hoc est in gradu cōjunctionis uel p̄ventionis & ascendentis & ptis fortunę non consideres utrū sint in mas. signis uel femi. tā in angulis qz i succedentib⁹ angulorū: sed hēc quattuor tm̄ erūt tunc apta hylech cū fuerint in his octo locis. i. in angulis uel succedentib⁹ eorum si uero fuerint in locis recedentib⁹. i. cadentib⁹ ab angulis non erunt apta hylech. Apparet itaq; q̄ sol sit hylech aptus in die & nocte sup terram & sub terra in. 11. locis: sup terram i. 6. locis & sub terra. 5. Luna quoq; apta erit hylech i die & nocte sup terram & sub terra sūliter in. 11. locis. sup terrā in. 5. & sub terra i. 6. & cū hoc si fuerit luna in his locis sub radiis solis non erit apta hylech. Aspiciens autē hylech in angulis & succedentib⁹ eorū fm̄ q̄ equant. 12. domus circuli p̄ gradus horarū ascendētis fm̄ q̄ exponit eius opus in canone planetarū. i. in libro cursuū planitarū. Cūq; equaueris domos hoc modo: omnis planeta q̄ fuerit ante gradum signi ascendentis uel cuiuslibet dumus p. 5. gradus uel infra erit fortitudo eius ualida i domo q̄ ei succedit. & omnis locus ex locis q̄ p̄diximus est aptus hylech: si aspergerit eū aliquis dñorū illius qui sit dñs domus aut dñs exaltationis aut dñs termini: aut triplicitatis: aut dñs faciei & si non nō erit aptus hylech.

## De alcochoden.

**H**ec hoc alcochoden q̄ est significator uite, i. dñs annorū: uel dans annos quē cū uolueris scire & iā p̄nōsti bylech eo ordine quē p̄dixi: aspicias dñm dom⁹ bylech aut dñm exaltatiōis ei⁹ aut dñm ter/mini ei⁹ aut dñm triplicitatis aut faciei ei⁹ qs horū fortior fuerit & autētior in loco bylech: & si aspexerit bylech erit dignior al cochoden: q̄ si nō aspexerit bylech q̄ fuerit pluris auctis aspicias eū q̄ fuerit auctis minoris donec inuenias aliquē ex illis q̄ aspi ciat: q̄ si nō aspexerit bylech nō poterit ille loc⁹ esse bylech: & tunc quēres ab alio bylech & iterū quēres ab eodē secūdo bylech alcochoden eo ordine quo p̄dixim⁹: q̄ si eq̄les fuerint duo pla netē uel tres in aucte gradus bylech & aspexerit uterq; erit di gnior alcochoden q̄ fuerit fortior loco. Si uero fuerint eq̄les in fortitudine loci, s. ubi fuerit ipsi planetē erit ille alcochoden q̄ ppior fuerit gradui bylech. Quibusdā autē uidebat meli⁹ in spicere a dño dom⁹ q̄ si aspexerit bylech ponebat eū alcochoden & nō cōsiderabat alterū & si nō iuehissent dñm dom⁹ aspicien/te bylech accipiebat dñm exaltatiōis quē si aspicere uideret by lech ponebat alcochoden eū & nō cōsiderabat aliū: sūlīter facie bat de dño triplicitat⁹ termini atq; faciei p̄ ordinē & erat doro thius p̄ponens dñm termini in hoc dño dom⁹. Et quidā dixe rūt: q̄ si eq̄les fuerint duo planetē uel tres uel plures i dignitate & in ppinquitate aspect⁹ gradui bylech ille erit alcochoden q̄ erit i loco laudabili a sole, i. q̄ fuerit cū sole in uno gra. p. 16. mi/ nuta aut infra: uel ppinquier gradui aguli: aut i initio ort⁹ sui, i. cū mane apparuerit: aut fuerit i statioe sua secida: uel i aliquo eē s. laudabili a sole sicut p̄dixim⁹ ipse erit alcochoden, si uero gra. solis fuerit bylech & fuerit i ariete uel i leone erit sol bylech & alcochoden sūl& nō cōsiderabit̄ ali⁹ alcochoden p̄ter eū: sūlīter si fuerit gra. lunę bylech & fuerit itauro uel in cancro babeto cā p̄ bylech & alcochoden, sūl& nō cōsiderabis alcochoden ali⁹ p̄ter eam.



Lmitaz est qui p̄fēst natuitati: ab eo significat eē  
nati post hylech & alcochoden: & ipse planetis cę  
teris est pluris auctoritatis in ascendēte & in locis  
luminariū atq̄ in loco ptis fortunę i loco quoq̄ cō  
iunctionis uel p̄uenitionis q̄ est ante natuitatem.

Qd si p̄fēuerit aliq̄s planeta duob⁹ locis aut trib⁹ aut quattuor  
aut plurib⁹ pre multitudine potestatis suę erit ipse almutaz,i.au  
ctor & significator uitę p̄hylech & alcochoden: & p̄ eū signifi  
catur esse nati:& quidā habet eū p̄alcochoden ad dandū uitā,

### De profectione signorum.



T ex hoc signū pfēctionis in annis natuitatū atq̄  
mūdi. Nā i annis natuitatū scia est:ut aspicias quot  
anni transierūt nato ex annis solarib⁹ pfēctis:aspici  
esq̄ oī anno signū unū:& incipies ab ascēdente  
nati p̄ successionē signorū quoq̄ finit⁹ fuerit nu  
merus signū qd succedit ē signū pfēctionis ab ascēdente signū  
uidelicet anni intrātis quē nō misisti in numero: hoc erit i tali  
gradu sicut fuit in ascēdente natuitatis : & dñs eiusdē dicit al  
cochoden: cui⁹ interpretatio est dñs anni. Sūliter numerabis a  
signo solis unicuiq̄ anno signū unū:& exhibit p̄ hoc signū profe  
ctionis a sole. Sūliter a signo lunę & a medio celi:& a parte for  
tunę in sūlitudinē grad⁹ radicis.i.pūcti natuitatis. Cui⁹ rei exē  
plar est p̄ quidā natus est oriente capricorno.s. 17.gradū ei⁹: &  
sol erat in piscib⁹. 15.gradū:& mediū celi scorponis. 8.gra.& lu  
na in libra. 15.gra.&pars fortunę in leone. 17.gra.& iam transie  
runt nato tres anni pfēcti p̄uenietq̄ quart⁹ ann⁹ ab ascēdente in  
ariete qui ē quart⁹ a capricorno usq̄ ad. 17.gradū eiusdē arietis:  
& erit mars alcochoden: & p̄uenit locus solis ad geminos usq̄  
ad. 15.gra.eiusdē signi: & p̄uenit luna ad capricornū ad. 15.gra.  
& pfēctus a medio celi ad. 8.gradū aquarii:& pfēctus a pte for  
tunę p̄uenit usq̄ ad. 17.gradū scorpii. Cūq̄ p̄uenerit ann⁹ ad gra  
dum pfēctionis: ut ad. 17.gradū arietis i hoc exemplo:& fuerit

cōputant grad⁹ zodiaci q̄ sūt inter vnu planetā et aliuz. et iste est modus  
q̄e ponit auctor in lfa. Et huc modū tenet abrahā quenerez. Et dicit q̄  
q̄si infinites ē exptus q̄ aspect⁹ debet accipi i zodiaco et nō in egnocia-  
li et hic mod⁹ est facilis valde. Et exemplificatū fuit sufficiēter de hoc i  
finiendo litterā. Secundo mō accipiunt aspect⁹ in egnociali fm ascensio-  
nes circuli directi fm q̄ē modū inbet Ptolemeus accipere sicut dictuz  
fuit sup litterā. Cū igit̄ fm huc modū volueris q̄ē aspect⁹ quere ascen-  
siones planete i círculo directo q̄ incipiūt a capricorno et serua eas. De-  
inde eodē mō quere ascensiōes grad⁹ alteri⁹ planete in eodē círculo di-  
recto et serua eas. Deinde subtrahē ascensiōes illi⁹ q̄ p̄inquier fuerit ca-  
pricorno fm ordinē signorū ab ascensionib⁹ illi⁹ qui longi⁹ fuerit: et si  
remāserint. 50. grad⁹ aspiciūt se aspectu sextili. Si remāserint. 90. gra-  
dus aspiciūt se aspectu q̄rto. Et si. 120. grad⁹ remāserint aspiciūt se as-  
pectu trino. Pro aspectu autem opposito nō oportet querere ascensiones  
q̄r quando duo planete opponunt in zodiaco: opponunt et in equino-  
ciali. Iste modus facilis est: ideo non oportet hic multū stare. Tertius  
autē modus aspectū et plectioēis radiorū est multū difficilis maxime  
nō exercitatis in calculationibus. Intelligendum est primo circa hunc  
modū q̄ plectio radiorum accipit fm ascensiōes circuli directi quādo  
planeta cui⁹ radios volumus p̄jccere est in medio celi uel in angulo ter-  
re. Et quando est in gradu orientis uel in gradu occidentis accipit fm  
ascensiones regionis sive horizontis obliqui fm tabulas factas ad illā  
regionē. Si autē nō fuerit planeta in aliquo quattuor horū locorū. sed  
in locis intermediis tunc accipiunt mixtim. Cum igit̄ volueris p̄jccere  
radios alicuius planete considera si planeta ille cuius radios vis p̄jce-  
re sit in medio celi uel in angulo terre et tunc quere ascensiones illi⁹ gra-  
dus in círculo directo sup quas addas. 60. gradus si volueris radiatio-  
nem sextilē sinistram. s. illam que p̄cedit fm ordinē signorū a loco pla-  
nete. Et gradus post additionē p̄uenientes reduc'ad gradus equeales in  
culo directo fm doctrinā canonū primi mobilis et grad⁹ zodiaci q̄ pue-  
nerit in illo sūt radij sextiles. Et sicut dixi de. 60. gradib⁹ p̄ radiatioē sex-

tili ita intelligas de. 90. p radiatiōe. 4°. Et de. 120. p radiatiōe trina. Si autē volueris radiationē dextrā. s. illā q̄ pcedit a loco planete versus occidentē subtrahē ab ascensiōib⁹ grad⁹ planete. 60. grad⁹ p radiatiōe sextili uel. 90. p radiatiōe. 4° ul. 120. p radiatiōe trina. Et numerū q̄ remanet reduc ad grad⁹ eq̄les sicut pri⁹ t grad⁹ zodiaci q̄ exiuerit in illo sūt radij Exemplū in radiatiōe sinistra pono q̄ saturn⁹ sit in angulo medi⁹ celi i fine sexti grad⁹ virginis ascensiones illi⁹ grad⁹ in circulo recto sunt. 247. grad⁹. 48. minuta. volo h̄re radiationē sextilē addā ḡ. 60. grad⁹ t prouenient. 307. grad⁹. 48. minuta q̄s reducā ad grad⁹ eq̄les i circulo directo: t exiuit. 10. grad⁹. 14. minuta. 14. 2⁹ scorpiōis. ibi sūt radij sextiles saturni finistri in hoc casu. Exemplū in radiatiōe sextili dextra. subtrahā ab ascensiōib⁹ pdictis. 60. grad⁹ t remanēt. 187. grad⁹ t. 48. minuta. reducā ad grad⁹ eq̄les in circulo directo: t exiuit. 7. grad⁹. 9. minuta. t. 15. secunda cancri. ibi ḡ in pposito sunt radij sextiles dextri saturni. Si vero planeta cui⁹ radios vis. p̄scere fit in gradu oriētis q̄re ascensiōes grad⁹ planete p tabulā ascensionū circuli oblig deseruientē tue regioni. Et si volueris radiationē finistrā adde sup ascensiones grad⁹ planete. 60. grad⁹ p radiatiōe sextili uel. 90. p q̄rta radiatiōe uel. 120. p trina radiatiōe. Exemplū i radiatiōe sextili finistra: pono q̄ Jupiter sit in gradu oriētis i fine. 10. grad⁹ sagittarij ascensiōes illi⁹ grad⁹ in horizōte obliq̄ sunt. 275 grad⁹ t. 27. minuta. t volo h̄re radiationē sextilē finistrā addā sup ipsos 60. grad⁹ t pueniēt. 335. grad⁹ t minuta. 27. quos reducā ad grad⁹ equales in circulo obliquo t exiūt. 1. 2. grad⁹. 44. minuta. 21. 2⁹ aquarij ibi ḡ sunt radij sextiles Iouis. Exemplū in radiatiōe sextili dextra. subtrahā ab ascensionib⁹ grad⁹ Iouis. 60. grad⁹ manēt. 215. grad⁹. 27. minuta. reducā ad grad⁹ equales t exiunt. 25. grad⁹. 54. minuta. 50. 2⁹ libre. ibi sūt radij sextiles Iouis. Si vo planeta fuerit i gradu occidētis opaberē cū gradu oppositio. s. accipes ascensiōes nadir grad⁹ planete i horizōte obliq̄ t facies penit⁹ eodē mō quo dicitū ē. Sz postq̄s reducerēt ad grad⁹ eq̄les loc⁹ radioz est loc⁹ opposit⁹ illi⁹ loci quē iuenis. Et ut clari⁹ pateat ponā i hoc exemplū. Pono q̄ Jupiter sit in gradu occidētis in fine. 10. grad⁹ sagittarij. querā ascensiōes. 10. grad⁹ geminoz t iuenio. 41. grad⁹ 9. minuta. addā. 60. grad⁹ p radiatiōe sextili t pueniūt. 101. grad⁹. 9. minuta. reducā ad grad⁹ eq̄les in horizōte obliq̄ t exiūt. 2. grad⁹. 30. minuta. 45. secunda leonis. sunt ergo radij in opposito istius. s. 2. gradu. 30. minuto. 45. secundo aquarij. Si autē planeta cuius radios vis proijcere non fuerit in aliquo locorum dictorū tunc oportet accipere radiatiōem mixto modo sūm pportionē distante gradus planete inter ymū

angulū & alium. Modus autē est iste si planeta cuius radios vis pro-  
iūcere fuerit inter mediū celi & gradū ascendentē: accipe primo ascensiō  
nes gradus mediū celi quas subtrahē ab ascensionib⁹ gradus plane-  
te in circulo directo & qđ remanet est distantia a medio celi quā serua.  
Deinde sup ascensiones gradus planete in circulo directo. 60. gradus  
adde pro radiatiōē sextili uel. 90. p traditione. 4. uel. 120. p tria. & quod  
puenerit reduc ad gradus equales in circulo directo: & qđ prouenerit  
serua. & vocet radiatio circuli directi. Deinde quere ascensiōes gradus  
planete in horizonte obliquo p tabulam regionis tue sup quas adde si  
militer. 60. gradus pro radiatione sextili uel. 90. pro. 4. uel. 120. pro tri-  
na. & quod puenerit reduc ad gradus equales p tabulas tue regionis  
& qđ exiuerit serua. & vocetur radiatio regionis. Deinde vide differen-  
tiam inter radiationē circuli directi & radiationē regionis: quā differē-  
tiam multipliça p distantiam gradus planete a medio celi & pductum  
diuide p medietatē arcus diurni gradus planete. & pueniet pars ppor-  
tionalis quā adde sup radiationē circuli directi. si radiatio circuli dire-  
cti fuerit minor radiatione regionis & subtrahē ab ipsa si fuerit maior.  
& qđ puenerit erit locus radiorū. Medietatē autē arcus diurni gradus  
planete inuenies subtrahendo ascensiōes grad⁹ planete in circulo obli-  
quo ab ascensionibus eius nadir & mediando illud. Posset etiam alio  
modo inueniri pars pportionalis differentie duarū radiationū. s. q ac  
cipereſ ſexta pars differentie & multiplicaretur per horas distantie pla-  
nete a medio celi. Sed hic modus est magis tediosus qđ primus: quia  
oportet ſim hunc modū dividere distantia gradus planete a meridie  
per partes horarū gradus planete ad hoc qđ inueniantur hore distantie  
a meridie. Conſulo primū modū. Exemplu in hoc pono qđ gradus me-  
dij celi ſit. 20. gradus leonis cōpletus. & saturnus ſit in ſexto gradu vir-  
ginis completo. Querā distantiam saturni a medio celi per ascensiōes  
circuli directi. Et inuenio in distantia. 15. gradus. 22. minuta. seruabo  
itaq̄ eam. Deinde subtrahā ascensiōes gradus saturni in circulo obli-  
quo ab ascensionibus gradus oppofiti. Et remanent. 201. gradus. 20.  
minuta qui est totus arcus diurnus saturni quē diuidam p medium. &  
veniūt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus diurni saturni:  
seruabo itaq̄ eum. Deinde querā ascensiōes gradus saturni in circu-  
lo directo & inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addā. 60. gradus:  
quia volo radiationē ſextilem ſinistrā. & puenient. 307. gradus. 48. mi-  
nuta quos reducā ad gradus equales in circulo directo: & inuenio. 10.  
gradus. 14. 2. ſcorponis. & hec est radiatio circuli directi.

Deinde querā ascensiones gradus saturni in circulo obliquo in regio-  
ne cuius latitudo est. 48. gradus. Et inuenio. 147. grad⁹. 11. minuta qui  
bus addaz. 60. gradus: et pueniunt. 207. gradus. 11. minuta quos redu-  
cam ad gradus equales in circulo obliquo et iuenio. 19. gradus. 52. mi-  
nuta. 14. secūda libre. Video q̄ radiatio circuli directi est maior q̄ ra-  
diatio regionis: subtrahā minorē de maiorī et iuenio in differētia. 20.  
gradus. 22. minuta quā reducā ad idē genus: et pueniunt. 1222. reducā  
etīa distantiam saturni a medio celi ad idem genus. distantia fuit. 15.  
gradus. 22. minuta reducā ad idem genus. s. 920. minuta. multiplicabo  
differentiā p̄ distantiam et pueniūt. 1126684. 2⁹. Deinde reducā medieta-  
tem arcus diurni saturni ad idē gen⁹. Medieta arcus diurni fuit. 100.  
gradus. 40. minuta. reducta ad idē genus. 6040. pueniūt minuta p̄ que  
diuidā numerū qui puenit ex multiplicatione. Et exiūt tres gradus. 6.  
minuta. 32. 2⁹ quos subtraham a radiatione circuli directi: qz illa fuit  
maior remanēt septem gradus. 7. minuta. 42. 2⁹ scorpionis. ibi fuit ra-  
dij saturni sextiles finistri in casu p̄posito. Si autē volueris radiatio-  
ne in dextrā vbi p̄cepi addere. 60. gradus: subtrabe. 60. et operaberis si-  
cūt prius. Si vō gradus planete cui⁹ radios vis p̄scere fuerit inter gra-  
dum ascendentē et angulū terre vide longitudinē eius a gradu ascenden-  
te quā scies hoc modo. Subtrahē ascensiones gradus ascendentis in cir-  
culo obliquo ab ascensionib⁹ gradus planete in eodez circulo obliquo  
Et hoc si volueris radiationē finistrā. et qd remanserit erit distantia  
planete a gradu ascendentē serua eā. Deinde quere medietatē arcus no-  
cturni gradus planete quē scies hoc modo. subtrahē ascensiones nadir  
gradus planete ab ascensionibus gradus planete et remanebit totus ar-  
cus nocturnus quē media et serua medietatē. His itaq̄ seruatis quere  
ascensiones gradus planete in circulo obliquo p̄ tabulā factā ad latitu-  
dinem tue regionis quib⁹ adde. 60. p̄ radiatione sextili et ē. et quod pue-  
nit reduc ad gradus equales in circulo obliquo et vocetur radiatio cir-  
culi obliqui. Deinde quere ascensiones gradus planete in circulo dire-  
cto quib⁹ adde. 60. gradus. p̄ radiatione sextili et ē. et qd prouenerit reduc  
ad gradus equales in circulo directo. et qd pueniter serua: et voce rādia-  
tio circuli directi. Deinde vide differentiaz inter radiationē regionis et  
circuli directi: subtrahendo minorē a maiori: quā differentiā multipli-  
ca p̄ distantiam planete a gradu ascendentē. Et p̄ductū diuide p̄ medieta-  
tē arcus nocturni gradus planete et exhibet pars p̄portionalis quā adde  
cum radiatione regionis si fuerit minor radiatione circuli directi. uel  
subtrabe a radiatione regionis si illa fuerit maior radiatiōe circuli di-

recti. Et quod post additione<sup>z</sup> uel subtractione<sup>z</sup> puenere<sup>t</sup> locus erit radiorū. Exempluz in hoc pono q̄ gradus ascendens sit. 18. scorponis & Jupiter sit in. 10. sagittarij queram ascensiones gradus ascendentis in horizonte. 48. graduū & inuenio. 245. gradus. 55. minuta. Deinde querā ascensiones gradū Iouis in eodē horizōte obliquo: & inuenio. 275. gradus & 27. minuta: subtraham ascensiones gradus ascendentis ab ascensionibus gradus Iouis & remanent. 29. gradus. 32. minuta que est distantia Iouis ab ascendentē. Deinde subtraxi ascensiones gradus oppositi Iouis ab ascensionibus gradus Iouis & residuū mediaui: & inueni. 117. gradus. 9. minuta que est medietas arcus nocturni gradus Iouis. Deinde addidi ascensionibus Iouis. 60. gradus & prouenerūt. 335. gradus. 27. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo & inueni. 12. gradus. 45. minuta aquarij. Et hec est radiatio regionis: seruauit itaq; eam. Deinde quesui ascensiones gradus Iouis in circulo directo. & inueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addidi. 60. gradus & prouenerūt. 398. gradus. 21. minuta. subtraxi vnam reuolutionē. s. 360. gradus & remanserūt. 38. gradus. 21. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo directo & inueni. 5. gradus. 57. minuta aquarij. & hec eradiatio circuli directi. Deinde subtraxi minorē radiatione<sup>z</sup> de maiori & inueni in differentia. 6. gradus. 48. minuta quā differentiam multipli- cavi p̄ distantiam Iouis ab ascendentē. & diuisi p̄ medietatē arcus nocturni & inueni in parte proportionali. 1. gradum. 42. minuta. 47. secunda. quā subtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanerunt post subtractionē. 11. gradus. 2. minuta. 13. secunda aquarij. & ibi ē locus radiorū Iouis. Si autē velles proiicere radios versus dextrū tunc deberes videre distantia gradus planete ab angulo terre p̄ ascensiones circuli directi quam inuenies subtrahendo ascensiones gradus planete in circulo directo ab ascensionibus anguli terre in circulo directo. Et tūc partē p̄portionale<sup>z</sup> duarū radiationū deberes addere radia- tionē circuli directi si illa esset minor radiatione regionis. uel subtrahere si esset maior. In nullo alio differt opus nisi q̄ vbi p̄cepisti addere ascen- sionibus. 60. gradus &c. debes subtrahere. 60. &c. Si autē gradus plane- te cui<sup>o</sup> radios vis p̄iscere fuerit inter gradū occidētis & gradū. 10. dom⁹ opaberis cū gradu opposito planete recte p̄eandē viam sicut iam dixi inter ascendens & angulū terre. qn̄ enī gradus planete est inter gradū occidētis & mediū celi ei<sup>o</sup> oppositus gradus est inter ascendēs & angulū terre. Et tantū distat gradus opposit⁹ planete ab ascendēte quantū gra- dus planete a gradu occidētis: iō eadē ē opatio nec plus nec minus. Sz postq̄s cōpleueris opationē loc⁹ radiorū est locus opposit⁹ illi<sup>o</sup> loci quē

menisti sicut tibi exēplificaui qñ planeta ē in gradu decidētis. Si autē  
cōtingat sicut sepe cōtingit q̄ gradus planete sit ante angulū et loc⁹ vbi  
cadūt radij sui sit vltra angulū sicut verbi grā: loc⁹ planete sit inter me-  
diū celi et ascendēs et radij cadāt vltra ascendēs. s. inter ascendēs et angu-  
lum terre. Iste casus quasi si equēter cōtingit in radiatione trina et mul-  
totiens in q̄rta: et aliquā in sextili. Modus ē iste si locus planete cui⁹ ra-  
dios vis p̄içere sit inter mediū celi et ascendēs et radij sui debeat cadere  
vltra ascendēs: vide distantiā planete a medio celi p̄ modū prius dictū  
et vide medietatē arcus diurni grad⁹ planete p̄ modū prius dictuz et ser-  
ua vtrūqz. s. distantiā et medietatez arcus diurni. Deinde queras ascen-  
siones gradus planete in circulo directo. Quere etiā ascensiones gra-  
dus ascendentis in eodē circulo directo. Deinde subtrahē ascensiones  
gradus planete ab ascensionib⁹ gradus ascendentis. Et quod reman-  
serit serua et vocetur pars radiationis circuli directi. Deinde quere ascē-  
siones gradus planete in circulo obliquo. et quere ascensiones gradus  
ascendentis in circulo obliquo. et subtrahē ascensiones planete ab ascen-  
sionibus gradus ascendentis. et quod remanerit serua et vocetur pars  
radiationis regionis. Deinde subtrahē partē radiatiōis minorē a ma-  
iori et remanet differentia quā multiplica p̄ distantiā planete a medio  
celi et pdictū diuide p̄ medietatem arcus diurni gradus planete et pue-  
niet pars p̄portionalis quā addē p̄ti radiationis circuli directi si fuerit  
minor p̄ radiationis regionis. uel subtrahē si fuerit maior: et qđ pue-  
nerit erit ps radiationis equata: q̄ pars si fuerit minor. 60. gradib⁹ radij  
sextiles cadūt vltra angulū ascendentis si fuerit maior cadūt ante angu-  
lum. Et si hec ps fuerit minor. 90. gradib⁹ radij quarti cadūt vltra angu-  
lum. si maior cadūt aī angulū. Et si hec pars fuerit minor. 120. gradi-  
bus sicut ē quasi frequēter cadūt radij trini vltra angulū. si fuerit maior  
120. cadūt ante angulū. Si igit̄ cadant radij vltra angulū subtrahē par-  
tem radiatiōis equata a. 60. gradib⁹ p̄ radiatione sextili uel a. 90. p̄ ra-  
diatione q̄rta. uel a. 120. p̄ radiatione trina: et qđ remanerit addē super  
ascensiones gradus ascendentis in circulo obliquo. et qđ puererit reduc  
ad gradus equales in circulo obliquo. et grad⁹ signi q̄ exierit erit locus  
radiorū. Si scieris istā opatiōne scies dirigere planetā existentē i yna  
quadra ad locū existentē in alia quadra. Hūc modū non vidi expositū  
nec positū in aliquo libro. ¶ Ut planius pateat qđ dixi ponam in hoc  
exemplū. Pono q̄ grad⁹ medij celi sit. 10. gradus canceris et saturn⁹ sit in  
qrto gradū virginis. et grad⁹ ascendēs in horizōte obliq̄ in regione cui⁹  
latitudo ē. 48. grad⁹ sit. et gra. 59. minuta libre. Quesui ascensiones grad⁹.

medij celi in circulo directo et inueni. 190. gradus. 53. minuta. Deinde  
questiu ascensiones gradus saturni in circulo recto et inueni. 245. grad⁹  
55. minuta. Subtraxi ascensiones medijs celi ab ascensionibus gradus  
saturni et remanserunt. 55. gradus. 2. minuta: que est distantia saturni a  
medio celi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo  
quo ab ascensionib⁹ gradus oppositi in eodem circulo obliquo et reman-  
serunt. 203. gradus. 3. minuta. et hic fuit arcus diurnus gradus saturni  
quē mediaui et inueni. 101. gradus. 31. minuta. 30. 2⁹ que est medietas  
arcus diurni gradus saturni. Subtraxi ascensiones gradus saturni i cir-  
culo directo que fuerūt. 245. gradus. 55. minuta ab ascensionibus gra-  
dus ascendentis in eodem circulo directo que fuerūt. 277. gradus. 19. mi-  
nuta. et remanserūt. 31. gradus. 24. minuta que fuit pars radiatiois cir-  
culi directi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obli-  
quo que fuerūt. 144. gradus. 277. minuta ab ascensionib⁹ gradus ascen-  
dentis in eodem circulo obliquo que fuerūt. 190. gradus. 53. minuta. et  
remanserūt. 46. gradus. 26. minuta que fuerūt pars radiationis regio-  
nis siue circuli obliqui: vidi q̄ pars radiationis circuli obliqui fuit ma-  
ior parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minorē de maiori  
et remanserūt. 15. gradus. 2. minuta que fuit differētia duarū partiū quā  
multiplicauit p̄ distantia saturni a medio celi et diuisi p̄ medietatem ar-  
cus diurni gradus saturni. et exiuerūt. 8. gradus. 8. minuta. 59. 2⁹. Et hec  
fuit pars proportionalis differentie quā addidi supra partē radiationis  
circuli directi et puenerūt. 39. gradus. 32. minuta. 59. 2⁹. Isti sunt grad⁹  
ascensionū qui fuerūt in figura a saturno usq; ad gradū ascendentem et  
qz fuerunt pauciores qz. 60. sciuī qz radij sextiles saturni in hac figura ce-  
ciderunt. ultra gradū ascendentē. Subtraxi ergo hos gradus a. 60. pro  
radiatione sextili. et remanserūt. 20. gradus. 27. minuta. 1. secūdū: quos  
addidi sup̄ ascensiones grad⁹ ascendentis in circulo obliquo qui fuerūt  
190. gradus. 53. minuta. et puenerunt. 211. gradus. 20. minuta quos re-  
duxi ad gradus equales in circulo obliquo et inueni. 22. gradus. 54. mi-  
nuta. 52. 2⁹ libre. ibi fuerūt radij sextiles saturni in p̄posito exemplo fm  
hunc modū debet fieri in alijs angulis. Et hec de radiationib⁹ sufficiat



**A**bent etiam quinqz planete  
i uno quoqz signo terminos.

Prinus auctor determinavit de trib⁹ dignitatib⁹ essentia-  
libus planetaruz. In ista pte auctor determinat de q̄ta

dignitate essentiali quā habent planetē in signis. Et diuiditur in duas partes: quoniā in prima parte ponit terminos planetarū. In secunda parte soluit quandā contraversiā que est inter aliquos de triplicitatib⁹ et terminis. Secūda pars incipit ibi: Quidā preponunt. Prima pars diuidi potest in duas partes ita q̄ primo incipit tractare de terminis planetarū litteraliter. Secūdo ponit tabulā de ipsis terminis. Secūda incipit ibi: et ppter diuersitatem eorūdem. Dicit primo q̄ quinq; planetē scilicet saturnus Jupiter mars venus et mercurius habēt terminos dispositos p̄ diuersos gradus. Et primus terminus est Iouis a principio arietis usq; ad finem sexti gradus eiusdem. Et a principio septimi gradus eiusdē arietis usq; ad finez. 12. est terminus venoris. Et a principio 13. gradus usq; ad finem. 20. est terminus mercurij. Et a principio. 21. usq; ad finem. 25. est terminus martis. Et a principio. 26. usq; ad finem arietis est terminus saturni. Postea dicit et quia isti gradus sunt diuersi ita q̄ nō vadunt equaliter nec sī ordinem planetarū graue esset eos tenere in memoria: ideo posuit eos in tabula sīm q̄ videtur in lrā.

## Quidā pponunt triplicitates terminis

Dic soluit quandā contraversiā que est inter sapientes de triplicitatib⁹ et terminis. Et dicit quidā preferūt triplicitates terminis. Et quidā preferūt terminos triplicitatibus. Soluit istam contraversiā et dicit q̄ dñi triplicitatū sūt fortiores quantū ad nutritionē puerorū: quia in nativitatibus significant nutritionē et ab eis accipitur significatio vtrū puer sit vitalis aut nō. Dñi autē terminorū sunt fortiores in directione: quia dum dirigit gradus ascendens alicuius nativitatis dirigit ad terminos fortunari et infortunari. et dñs termini illius vocatur diuisor uel dispositor: qđdiu durat directio in illo termino: et si fuerit ibi aliquis planeta uel radij eius erit p̄iceps. De hoc diffusius diceſ in sequēibus dño cōcedente. ¶ Notandū est hic de terminis q̄ discordia fuit inter sapientes antiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis quarū vna fuit in dorū. alia egyptiorū. tertia chaldeorū. Ptolemeus in 218<sup>a</sup> p̄positione prime p̄tis quadriptiti magis approbat terminos egyptiorū et dicit se inuenisse vnu librum de terminis antiquū qui p̄ vestitatem erat pro maiori parte fractus. Et ille concordabat cū terminis egyptiorū. et ī illo libro summa gradū terminorū cuiuslibet planete erat tantus quantus numer⁹ annorū suorū maiorū quos dant in nativitatibus. Verbi grā: anni maiores saturni sunt. 57. anni. Iouis. 79. martis. 66. venoris. 82. mercurij. 76. et omnes isti collecti faciūt. 360. Si volue-

ris hoc experiri. cōputa gradus omniū terminorū alicui<sup>9</sup> planete: verbi  
gratia Iouis: et inuenies numerū annorū suorū. s. 79. et sic de aliis. Haly  
in cōmento. 206. ppositionis prime p̄tis quadripartiti dicit. Illi de egypti  
pro fuerū sapientes magici qui fuerunt ab antiquo tempore. nam isti  
fuerunt studij et exercitij magni in scientijs et sapiētijs omnibus de qui-  
bus homo se iuuare potest. Et scimus hoc per chronicas sapientū anti-  
quorum fīm q̄ loquebantur de ipsis et p̄ ea que de suis operibus reman-  
serunt a multis milibus annorū usq; ad hodiernā diem. Tamen ego di-  
co illud quod ego vidi de una experientia quā inueni in loco qui dictus  
est oculus solis: quia in modico tempore miracula magna vidi. hec sūt  
verba baly. de experientia autem tacet. In centiloquio in cōmento il-  
lius p̄positiōis vultus huius seculi. dicit una experientiaz de sigillo scorpiois  
facto in lapide fīm q̄ potest ibi videri et q̄ voluerit videre ibidē videat.

**A**cies autē signorū. Hic determinat de quā digni-  
tate et ultima essentiali quā habent planete in signis que  
vocantur facies. Et potest diuidi in tres ptes: qm̄ in prima  
parte ponit diuisionem et ordinationē facierū. In secun-  
da pte docet inuenire facies p numeros. In tertia parte  
ponit de eis tabulā. Secūda ps incipit: Cū habueris gradus in aliquo  
signo. Tertia est in fine ubi ponit tabulā. Dicit q̄ qdlibet signū diuidit  
in tres partes equales que vocantur facies et quelibz facies est ex. 10.  
gradibus. Et incipiūt iste facies a principio arietis et pcedunt fīm ordi-  
nem signorū et planetarū: ita q̄ prima facies est martis. s. primi. 10. gra-  
dus. 2<sup>a</sup> facies arietis. s. 10. gradus sequentes sunt solis qui succedit mar-  
ti in ordine sphēgarum. 3<sup>a</sup> est veneris que succedit soli. Et prima facies  
tauri est mercurii qui succedit veneri. Secūda lune que succedit mercu-  
rio. Tertia saturni. Et prima geminorū Iouis. et sic fīm hunc ordinem  
usq; ad finē signorū. Postea docet inuenire p numeros cui<sup>9</sup> planete sit  
aliqua facies. Et dicit cum habueris gradum alicuius signi et volueris  
scire cuius planete facies sit in illo gradu computa numeruz signorū et  
principio arietis usq; ad principiū signi ppositi. et multiplicā illū nume-  
rū p tres: et cum numero pducto adde facies cōpletas signi ppositi: ver-  
bi gratia si transuerint. 10. gradus cōpleti adde unitatē. Si. 20. cōple-  
ti adde duo. Deinde a toto numero substrabe. et quoties poteris. et quod  
remanserit cōputa a marte fīm ordinē planetarū. et ubi numerus finit<sup>9</sup>  
fuerit sequens planeta est dñs faciei queste: verbi grā: pono q̄ habeam  
15. gradus leonis volo scire cui<sup>9</sup> facies sit. 15. gradus leonis scio q̄ a prin-  
cipio arietis sūt. 4. signa cōpleta. multiplicabo ergo. 4. p. 3. et erunt. 12.


Et scio q̄ de leone transiuit vna facies cōpleta: iō addā vnu ⁊ erūt. 13.  
facies cōplete a principio arietis. subtrahā inde septē ⁊ remanēt. 6. da-  
bo primā vnitatē marti. secundā soli. tertiā veneri. quartam mercurio.  
quintā lune. sextā saturno. Erit ḡ facies sequens que nō fuit cōpleta Iō  
uis. Postea ponit tabulā cui⁹ opus facile est. Queres enī nomen illius  
signi cui⁹ dñm faciei queris ⁊ inuenies in directo quis sit dñs prime fa-  
ciei ⁊ quis secunde ⁊ quis tertie.

**F**T **quiā auxiliante DEO.** Postea au-  
nauit de dignitatib⁹ planetarū in signis. In ista pte de-  
terminat de fortitudinib⁹ quas hñt in istis dignitatibus  
Et pōt diuidi in duas ptes: qm̄ in prima pte ostēdit quot  
fortitudines habeat planetā i⁊ qualibet dignitate. In 2⁹  
pte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. 2⁹ est ibi: vnde quidā de  
hacre. Prima ps pōt diuidi in duas: qm̄ primo cōtinuat se ad dicēda.  
2⁹ psequit ibi: mā dñs domus. Dicit qr adiuuante deo cōplenit de digni-  
tatibus planetarū in signis. modo vult ostēdere quot fortitudines ha-  
beat qlibet in ipsis dignitatib⁹. Postea dicit q̄ dñs domus habet qnq̄  
fortitudines. dñs exaltationis h̄z quattuor. dñs triplicitatis h̄z tres. do-  
minus termini duas. dñs faciei vna. Postea replicat illā cōtrouersiā de  
terminis. Et ponit cōpationē in dignitatib⁹ planetarū dicens q̄ qdā de  
dignitatib⁹ planetarū fecerūt talē compationē q̄ planeta existens i⁊ sua  
domo est filis viro existenti in domo atq̄ dñatione sua. Et planeta in  
exaltatiōe sua est filis viro i⁊ regno atq̄ gloria sua ⁊ patet in lrā. Ex ista  
littera potest notari si aliquis planeta patiat magnū infortunii in do-  
mo uel exaltatiōe sua hoc ē multū detestabile. sicut multū esset detesta-  
ble si rex vinceret in proprio regno suo ⁊ in fortiori loco regni sui. Iō qm̄  
lunaria eclipsant i⁊ prijs domib⁹ uel exaltationib⁹ suis h̄ ē malū signū.

**S**Equītur has figure signorū.  
Prīus auctor determinauit de dignitatib⁹ planetarū in  
signis ⁊ de fortitudinib⁹ quas hñt in istis dignitatib⁹. In  
ista pte determinat de figuris siue formis ipsoz signorū  
hoc ē ostēdit nobis q̄ signa hñt formas hñanas: ⁊ q̄ hñt  
formas alioz aialiu. ⁊ manet indiuisa. Dicit q̄ quedā signa dicunt̄ tra-  
ditionalia. s. illa quorū imagines sunt figurate ad imagines homi⁹. Et il-  
la sūt gemini virgo aquari⁹ libra ⁊ medieras prima sagittari⁹. et ista di-  
cunt̄ hñtia pulchras voces. Et vrt̄ eorū est maior cū fuerit in oriente. Et  
qdām ex signis dicunt̄ hñtia alas. s. gemini virgo ⁊ pisces. Quedā ex eis

dicunt quadrupedia.s. sagittarius leo aries taurus et capricornus. Et eorum quedam sunt domestica.s. illa que sunt figurata sive figuratas aialium domesticorum. Et hec sunt aries taurus et capricornus. Et eorum virtus magis appareat cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis capricorni et aquarii magis appareat cum fuerint in septentrione. Et quedam ex signis videntur vitiosa et turpia et tortuosa.s. aries taurus cancer scorpius et pisces. et virtus eorum magis appareat in occidente. Quedam vero sunt sterilia.s. gemini leovirgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios.s. aries taurus libra sagittarius capricornus et aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa.s. aries et taurus leo et capricornus. Et quedam dicuntur multorum filiorum.s. cancer scorpius et pisces. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiaria vocem: illa.s. que habent vocem aialium balantium rugientium et mugientium: ut aries taurus leo capricornus et ultima pars sagittarii. Quedam ex signis dicuntur carentia oino voce.s. illa que figurant sive imagines animalium carentium vocem: ut cancer scorpio et pisces. Haly abentagel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarum. Alia in forma bestiaglorum. Alia in forma reptilium. Que sunt in forma humana sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarum aries taurus capricornus et sagittarius. In forma bestiaglorum.i. animalium rapacium leo. In forma reptilium cancer scorpio et pisces.

**T**ertium quodque signorum habet propriam significacionem. Prinus auctor determinauit de figuris signorum. In ista pte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum. et ex regionibus et ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: quoniam in prima pte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi: Et siquidem planetae significauerint dolores. Prima potest diuidi in 12. partes sive gradus. 12. sunt signa. Clarum est quod dicit in littera excepto quod non a regione non sunt nobis nota. Notandum est hic quod Ptolemeus dividit totam terram habitabilem in quatuor partes. Et in divisionem Ptolemei imaginari potest una linea transiens ab oriente in occidente per mediū habitationis ita quod ista linea dividat partem meridionalē a septentrionalē. Et dicit haly quod ista linea distat ab equinoctiali per 36. gradus. et sive hanc divisionem distat ab ultima habitatione in septentrione per 30. gradus uel circa. ita quod tota latitudo contineat 66. gradus. Et tan-



ta est distantia equinoctialis usq ad circulum arcticum: imo est. 60. gradus  
26. minuta. et. 30. 2°. Ideo dicit haly uel circa. Et dicit qd in fine isti⁹ li-  
nee versus occidente est passagium herculis. Et hoc ē ynde transit in his-  
paniam et est mare ibi strictum qd existēs in uno littore potest videre exi-  
stente in alio. Et sunt ibi tres insule quarum vnam vident transeuntes in  
hispania p terram occidentis. Et stat in ea idolum tenens in manu cla-  
ues ad demonstrandum qd ultra locum illum nō sit habitatio. Et in quali-  
bet duarū aliarū insularum stat idolum fm eidem modū. Et in parte  
orientali in fine linee predicte stant idola eodem modo tenēta claves  
et demonstrantia qd nō sit ultra illū locum habitatio versus orientem.  
Dicit haly qd hercules posuit ista idola in signū qd ipse acquisiuerat to-  
tum mundū. Longitudo linee predicte fm qd dicit haly est. 180. graduum  
His ysis fm sententiā Ptolemei imagine⁹ ista linea diuidi p mediū  
ita qd remaneant. 90. gradus versus orientem. et alijs. 90. versus occidentem.  
Et imagine⁹ transire una linea p polos mundi p medium diuisionis li-  
nee supradicte ita videlicet qd transeat p medium terre habitabilis fm  
latitudinem. Prima autē linea dicebat transire p mediū terre habita-  
bilis fm longitudinem. Patet itaqd qd die linea supradicte que diuidunt  
totā terrā habitabiliē in quattuor ptes cōiungunt̄ in loco intersectiōis  
linearū est punctus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intelle-  
cta facile est videre sūmam Ptolemei in pttione signorū et terrarū. Di-  
cit itaqd Ptolemeus qd hec tria signa aries leo et sagittarius que faciunt  
prīmā triplicitatē ptinent ad quartā partē terre habitabilis que ē inter  
septētrionē et occidens. et illā quartā gubernat Jupiter eo qd est septen-  
trionalis. et mars habet ptcipationē cū eo: qd ptinet ad partē occiden-  
talem. Et tria signa triplicitatis secūde. scilicet taurus virgo capricornus ptin-  
ent ad partē que est inter meridiē et oriens. et gubernat ipsam venus:  
qd est meridionalis. et habet ptcipationē cū ea saturnus qui ad partes  
orientalē ptinet. Et tria signa triplicitatis tertie. scilicet gemini libra et aqua-  
rius ptinet ad pte que est inter oriens et septētrionē et gubernat ipsā satur-  
nus eo qd ptinet ad oriens et habet ptcipationē cū eo Jupiter eo qd ptin-  
et ad septētrionē. Et tria signa triplicitatis quartae. scilicet cancer scorpio et pi-  
scis ptinet ad partē que est inter meridiē et occidens. et gubernat ipsam  
mars: qd ptinet ad occidens. et hz ptcipationē cū eo venus. Ex p̄dictis  
poterit glibet cōsecurare ad qd signū ptineat quelibet terra. Sciet enī  
p longitudinē et latitudinē regionis de qua q̄rta sit. Verbi grā: ois ter-  
ra cui⁹ latitudo est maior. 36. gradib⁹. et longitudo ei⁹ ab occidente mi-  
nus. 90. gradib⁹ fuerit est de q̄rta septētrionali occidentali et sic de alijs

ndo dñe & clmato poli dypn  
ndēs h̄tātā differt ab aude te vaco p 1789 & 30 minuta

suo modo. Cognita igit̄ quarta in qua est terra tua scis q̄ vñ signū ex  
tribus signis triplicitatis illius quarte respicit illaz terrā. et poteris scire  
quod ex illis tribus respiciat eam p̄ mores et consuetudines hominū habi-  
tantū in ea. Uerbi gratia: scis q̄ terra xpianorū est in parte septentrionali  
occidētali scio q̄ aries leo et sagittari⁹ dñan⁹ sup ipsam. Et si velim  
scire supra quā partē eius dñat quodlibet istorū signorum respicio ad  
mores et conditiones hominū cū quibus signis magis cōcordant. Constat autē q̄ romani sūt famosiores et nobiliores isti⁹ quarte et ideo con-  
uenit ut attribuaſ eis signū nobilius inter hec tria. et hoc est leo domus  
solis. Constat etiam q̄ almani sunt boies iracundi et furiosi de natura  
martis: ideo cōuenit ut attribuaſ eis aries domus martis. Constat etiā  
q̄ hispani sunt boni milites exercitiū magni in armis: iō cōuenit ut at-  
tribuaſ eis sagittarius quod est signū militiarū et bellorū. Et hanc par-  
tionē ponit Ptolemeus in littera in secūda pte quadriptiti. Dicit enim  
sic: et priuincie cū ariete concordātes sūt terra britānie et terra de salacia.  
Credo q̄ deberet dici de sclania et germania. Et que concordant cum  
leone sunt Italia: gallia: apulia et cecilia. Et baly dicit ibi q̄ bi sunt ter-  
mini rome. Et que concordant cū sagittario sunt terre de turcia calcia-  
ta et hispania. De ptitione aliorū signorū cum alijs terris parum euro.  
Quia nec nomina earū nec conditiones hominū sunt mibi nota nec fa-  
ceret mibi aliquā vtilitatē hoc scire. Si quis autē cognoscat eas et vo-  
luerit in eis morari applicet fin modum dictū in tribus signis p̄dictis.  
Dicit abraham auenezre q̄ primū clyma est capricorni et aquarij et gu-  
bernator eius est saturnus. Secundū clyma est sagittarij et pisces et gu-  
bernator eius est Jupiter. Tertiū clyma est scorpij et arietis et gubernator  
eius est mars. Quartū est leonis et gubernator eius est sol. Quintū  
clyma est tauri et librae et eius gubernator venus. Sextum est geminorū  
et virginis et eius gubernator mercurius. Septimus est cancri et gubernator illud luna. ¶ Abraham auenezre ponit conditiones nascentiū sub  
quolibet signo et est sententia sua ista. Qui natus fuerit sub prima facie  
arietis erit rufus et simus: venter eius erit partus et striclus carne exte-  
nuatus: habebitq; supra pedem finistrum signū et in cubito manus si-  
nistre: et amici eius erunt plures et ipse odiet malū. Qui vero natus fue-  
rit sub secūda facie incerit ei nigredo pulchritudini faciei coniuncta: cor-  
pus eius temperatū preceps in iram animo occultans voluntatem ma-  
lam: estq; alti cordis: inimici eius plures erūt. Qui natus fuerit sub ter-  
ria facie eius erit rufus color eius et croceus et erit solitarius. Qui na-  
tus fuerit sub prima facie et ḡi erit breuis stature: sui oculi magni: la-

bia spissa et habebit signum in collo: et est corde festinus: amici eius plures: et maneribus deliciarum delectabitur ipse. Natus autem sub facie eius secundabitur: habebit faciem rotundam: ventre latum: oculos pulchros et eius anima voluntaria resquicito perpendet: et circa spatulas pilosus existet. et habebit signum in lumbis. Et qui natus fuerit sub tertia facie pulchri coloris existet: pulchritudinem faciei: et habebit signum in oculo sinistro: virque laboriosus erit. nec in mulieribus fortunatus existet. Qui autem natus fuerit sub fine huius signi erit carens testiculis naturaliter et fine uel hermosodritus. Qui natus fuerit sub prima facie gemino rumpitur erit pulchri corporis et decentis et oculorum et pilorum: habebit signum in capite uel in oculis: Uisus eius acutus minime est iracundus eritque laborator et cum mulieribus minime fortunatus existet. Et qui natus fuerit sub secunda facie erit breuis stature et niger et super eius cibitum signum nigredinis eiusque verba pulchra et dulcia. Natus sub tertia facie nimium habebit oculos paruos: eritque vir suspicator et leuis: et loquetur verba irrationalia: eritque mendax. Qui natus fuerit sub prima facie cancri erit corpore et pilis decens: supercilia eius erunt stricta naresque longe et spatule late. et habebit signum in cubito dextro aut eius brachio. et anima eius bona: amici eius plures: eritque sciens et ingeniosus. Qui natus fuerit sub secunda facie: erit color eius rubeus brevisque stature: carens barba: et habebit signum in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus brevisque stature: et habebit multitudinem pilorum in superciliis. Qui natus fuerit sub prima facie leonis erit pulcher corpore et facie: et color vultus eius erit rubeus albo commixtus: oculi eius commixti: pectus rectum: et crura sua patientur morbum in parte superiori: et erit cognitus inter gentes et simplex imixtusque consortio regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulcher: pectus eius erit latuus: testiculi et crura gracilia: eritque honoratus inter familiam eius ac alti cordis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum brevis stature eritque color eius albus roseo commixtus: eius vox vehemens amans mulieres: et habebit plenitudinem amicorum et morbos plures sustinebit. Qui natus fuerit sub prima facie virginis erit decentis stature: erit corpus eius erectus et pulchrus: et erit sciens et acutus: eius capilli crassi: et erit diligens iusticia eius vox vehemens: sterilis existet: aia eius bona: facies pulchra: eritque scriba et bene doctus. Qui aurum natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparentie: oculi eius parui: natus eius pulcher: eritque disciplinabilis et simplex prouolutari corde: diligenter laudari. Natus sub terza facie erit pulchre aspectu: perceptibilis discipline: veri sensus ac simplex et sapiens. Qui natus fuerit sub prima facie Libre: erit pulchre facie: et in eius capite

vulnera inerunt: eritq; laborator et simplex ac disciplinabilis. Natus sub secunda facie erit pulchri vultus et inerit ei impedimentum in oculis: estq; corde preuolutarius. Natus sub tertia facie erit pulcher et erit cognitus et honoratus inter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi huius erit nullius sexus aut viriusq;. Qui fuerit natus sub prima facie scorpionis paru pulcher existet: et habebit signum in capite: et pectus eius erit latum. Et habebit signum in pede sinistro uel in manu dextra estq; homo castigationis bonaq; discretione plenus ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput eius erit magnu: existetq; mode pulchre figure, et habebit signu in genu et dorso: et erit homo discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit brevis stature oculi eius contorti appetens comedere amans mulieres. Qui autem natus fuerit sub fine huic signi aut erit nullius aut viriusq; sexus. Qui natuerit sub prima facie sagittarii erit pulchre speciei: decorus aspectu recte stature: diligens bonum: regibus ac magnatibus se comiscens. Natus sub secunda facie corpus habebit condecens facies tamen eius crocea supercilia compressa et habebit signu in pectore. Natus sub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius ut murilegi: peccus latu: et habebit signum in sinistro crure. Qui sub prima facie capri corni natus fuerit erit corpus suu condecens: pectus latu: et habebit signu nigru in cubito: erit astutus disciplinabilis simplex et preuoluntarius. Natus sub secunda erit pulcher: habebit nares longas: oculi eius pulchri: voluntas eius mala et iracundus: est homo scientie. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore: eius tamen facies citrina: et eius brachio sinistro erit nota uel in ipsis genu: festinus in ira: despiciens malu uel pugnans pro malo: diligens mulieres: homo discipline diligensq; sodales. Qui autem natus fuerit in fine huius signi erit filius adulterinus et oino huic inest signo minime in mulieru nativitatibus valere. Qui autem natus fuerit sub prima facie aquarii erit corpore et facie formosus: et habebit in pectore aut pede sinistro signu: eritq; homo disciplinabilis et sodales diligens. Natus sub secunda facie erit longus: facies eius erit rubra: et signu habebit in dorso et sub eius cubito: eritq; omnib; diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpe pulcher: statura breuis: facie roseus: et habebit signum sub cubitis: et erit mulieru amator. Et qui sub fine huic signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atq; in omnibus suis operibus. Qui autem sub prima facie piscium originem traxerit: corpus eius erit album: et facies similiter: pectus eius latu: barba pulchra: frons preclara: oculi eius magis nigri q; albi. Et forte aliquod membrum sibi deficiet: diligit dormire: eritq; gulosus:

et ebriosus: et habebit signum sub cubito uel in pede. Natus vero sub secunda facie erit breuis stature. decorus aspectu: barba nigra: pilosus: et erit ambulans in duritia cum filiis hominum. Natus sub tertia facie piscium erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritque morbosus.



**T**erquide planete prius auctor ostendit qualiter signa respiciunt membra humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planetae respiciunt membra corporis humani in ipsis signis. Et post hec pars diuidi in. 12. partes fin. 12. signa. ubi partes incipiunt pater. Prima pars diuidi potest in duas: quoniam primo ponit. Secundo, psequitur ibi: in ariete. Dicit primo quod si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem sive debilitatem in corpore humano habebit in quolibet signo membrum proprium in quo erit illa infirmitas. Et quod ita est convenit tractare de doloribus planetarum in signis. Et incipit ab ariete procedendo finis successionis signorum et planetarum. Quod dicit auctor planum est in littera. Ad evidenter vnius partis pono unum exemplum. Pono quod in aliqua natuitate saturnus significauerit naturam debilitatem alicuius membra et sit saturnus in ariete. Dico quod illa debilitas uel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas in ventre. et sic intelligas de ceteris signis. Pono etiam quod mars in natuitate (intelligas de revolutione annorum natuitatis) significauerit vulnerationem et sit mars in ariete erit vulnus in capite. Si in tauro erit vulnus in collo: et sic de ceteris signis et planetis intelligas. Ptolemeus vult quod membra in quibus cadunt morbi et cetera impedimenta accipiunt a figura celi in hora natuitatis uel revolutionis. Dicit enim in. 74<sup>a</sup> propositione centiloquij cum fuerit mars in ascendentis alicuius natuitatis erit cicatrix in facie uel capite nati. Dicit enim haly quod caput est ascendentis et finis hoc collum est secundum domus. brachia tertie domus et sic finis ordinem domorum finis quod dictum fuit de signis. De hac materia difusius loquitur dominus concedente in capitulo sexto domus.

**S**unt quoque in uno quoque signo  
In ista parte auctor determinat de quibusdam specialibus proprietatibus planetarum que sunt in diversis gradibus circuli signorum et sunt sex. sunt enim ibi quidam gradus masculini et quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi et quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur augmentantes for-

tunam. Et sunt ibi quidaꝝ gradus qui dicunt̄ consortes. Et si in hoc ista pars pōt diuidi in sex partes: quoniā in prima parte enumerat gradus masculinos et femininos. In 2<sup>a</sup> pte enumerat grad⁹ lucidos et tenebroſos et fumosos. In 3<sup>a</sup> pte enumerat gradus q̄ dicunt̄ putei. In 4<sup>a</sup> pte enumerat grad⁹ q̄ dicunt̄ azemena. In 5<sup>a</sup> pte enumerat gradus q̄ dicunt̄ augmentantes fortunā et grad⁹ sublimitatis. In sexta pte enumerat gradus q̄ dicunt̄ cōsortes. Prima ps incipit in principio. 2<sup>a</sup> incipit ibi: et in unoquoq; horū signorū. 3<sup>a</sup> incipit ibi: et in signis sunt gradus. 4<sup>a</sup> ibi: et sūt in signis quidā gradus. 5<sup>a</sup> ibi: et in circulo. sexta ibi: et om̄es duo grad⁹. Prima ps pōt diuidi in duas ptes: qm̄ in prima pte incipit enumerare grad⁹ masculinos et femininos litteraliter. In secunda parte ponit tabulā de eis. Qd̄ dicit patet in lrā. Postea dicit q̄ sūt quidā gradus in circulo qui dicunt̄ lucidi et quidā tenebroſi et quidam fumosos. Et quidā q̄ vocant̄ vacui. Et incipit primo eos enumerare. Et deinde ponit de eis tabulā et patet. Postea dicit q̄ sunt in circulo quidā gradus q̄ dicunt̄ putei. et enumerat illos oēs in lrā. et quidā libri habet tabulā de eis factā. Deinde dicit q̄ in signis sunt quidā gradus q̄ dicunt̄ azemena. Et dicit q̄ azemena est quedā debilitatio corporalis ut est cecitas uel surditas uel aliquid talium uel amissio membra. Juxta qd̄ notandum q̄ dicit haly abenragel in primo capitulo dom⁹ sc̄pte libri sui de natuitatibus. Quā pars azemena fuerit in pr̄tione ascendētis et luna iūcta cum ea uel dñs ascendentis significat q̄ azemena erit in illo membro nati qd̄ cadit in pr̄tione illi⁹ signi. Notandum est etiam q̄ si sol in natuitate aliqui⁹ fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si lunga erit in sinistro. Postea dicit q̄ sunt quidā gradus in circulo qui dicunt̄ augmentantes fortunā et enumerat eos in littera. Juxta quā partē notandum est qd̄ haly dicit in cōmento. 229. ppositiōis prime partis quadripartiti scire te cōuenit q̄ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltatiōis solis et planetarū fortunarū: sicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. cancri. 27. pisciū. Similiter sunt illi in quib⁹ adiungunt̄ termini fortunarū: sicut. 13. sagittarij. et 13. pisciū. et sunt etiā gradus terminorū fortunarū. Et gradus in quib⁹ sunt stelle fixe de natura fortunarū. Et econtrario in quib⁹ sunt stelle de natura infortunarū. Et postea dicit q̄ oēs duo gradus q̄ sunt eiusdē longitudinis a capitib⁹ signorū mobiliū sunt eiusdēz fortitudinis. Et dicunt̄ cōsortes: sicut. 20. gradus capricorni. et 10. grad⁹ sagittarij. Isti enī duo gradus equaliter distant a capite capricorni. Et 20. libre. et 10. virginis equaliter distant a capite libre. Et 20. cancri. et 10.

geminorū equaliter distant a principio cancri. t. 20. grad⁹ arietis. t. 10.  
piscī equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. ppo-  
sitione prime ptis. Astrologi ceteri multū locuti fuerunt de gradibus t  
diuiserūt eos in gradus lucētes lubricos t fumosos. Et sunt ex eis aze-  
mena: t sūt ex eis putei. Et locuti fuerūt de alijs multis sicut inuenies p  
multos libros astronomie. Et si hoc inuenierūt experīetia bonum est q̄  
operis p̄ hoc. Et forsitan si eis accidit q̄ aliquis planeta uel stella fuit i  
gradu uel eius radius t fecit fortunā crediderunt q̄ gradus hoc fecerit.  
Et siquidē ita est conuenit ut te mutes de uno gradu in aliū. Et hic finem  
imponam nōstre rationi. Videlq; istā litterā q̄ Ptolemeus nō multū  
approbat gradus augmentat̄es fortunā t̄c. Dicit enī si ita est conuenit  
ut te mutes de uno gradu in aliū. gradus enī dicunt̄ lucidi uel tenebro-  
si. ppter stellas fixas ibi existētes. Et vult haly fm q̄ p̄ allegatum fuit q̄  
gradus dicunt̄ augmentat̄es fortunā in quibus sūt stelle de natura for-  
tunarū. Constat autē q̄ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci no-  
ne sph̄erę. Ex illa littera Ptolemei potest trahi q̄ iudicia debēt fieri fm  
nonā sph̄eram t nō fm octauā. Ex quo enī vult q̄ istos gradus oportet  
mutare: consequens est q̄ gradus fm quos debent fieri iudicia nō mu-  
tantur. Albumazar in introductorio suo ponit istos gradus. s. masculi-  
nos t femininos lucidos t tenebrosos t̄c. Et dicit ibi si planeta in nati-  
uitate uel interrogatione masculi fuerit in gradu masculino. uel in na-  
tiuitate feminine uel interrogatōe in gradu feminino erit cui significati-  
o fortior. De gradibus lucidis tenebrosis t fumosis dicit si ceciderit  
planeta in gradu lucido: erit eius significatio fortior in significatione  
honoriū t significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso  
significat duritiam t tarditatem t horribilem rem t tenebrosam t ma-  
lam. Et cum ceciderit in gradu fusco uel vimbroso uel fumoso uel in gra-  
du vacuo significat modicum horibile. Et si ceciderit planeta in gradu  
putei abibit eius pulchritudo t aspectus t debilitatur in significatiōe  
sua. Fortune namq; cuī ceciderint in eos debilitantur in significatione  
earum. Malo vero cum ceciderint in eos debilitatur significatio eorū.  
Et fortassis significabit fortunam accidentalem propter debilitatē eo-  
rum super malū. De gradibus augmentatibus fortunam dicit: antiqui  
putauerunt q̄ in circulo erunt gradus augentes fortunam. Et dixerunt  
q̄ planete cuī nō fuerint in locis significantib⁹ fortunā nati t fuerit luna  
ul̄ ps fortune i his ḡdib⁹ aut fuerit ipsi grad⁹ ascēdētes augēt fortunā na-  
ti. Et si plāete significauerit sibi casū Isti grad⁹ mouēt eū i sublimationē

p aliquam quantitatē quodam motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerūt q̄ cū ascendens fuerit aliquis istorū graduū aut fuerit sol in nativitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdā eorum et fuerit in loco optimo in figura. Et cū hoc significauerint planetē radiis nativitatis fortunā pducet natum ad sublimitatē et sedem nobilitatis et dignitatis terris et ciuitatibus et possidebit diuitias multas.

**T**quia auriliante deo. <sup>Pri⁹ auctor</sup> determinauit de esse circuli signorū essentiali. Hic determinat de esse accidentalī ipsius. Et diuidit in duas partes: qñ primo cōtinuat dicta dicendis. Secūdo psequit ibi: nam circulus signorū. Et illa diuidit i duas partes: quoniā primo determinat de divisione accidentalī circuli signorū. Secūdo determinat de p̄prietatibus et significationibus consequentib⁹ ipsaz diuisionē et incipit ibi: quarta autē pars que est ab ascendentē. Et illa diuiditur i duas pres: quoniā primo ponit p̄prietates et significationes quartarū. Secūdo ponit significationes singularū domorū. et illa incipit ibi: et vna queq; domorū. Primo dicit postq; compleuit esse essentialē circuli signorū. nūc vult tractare de esse accidentalī ipsius. Postea dicit q̄ circulus figurāt qualibet hora tali figura que diuidit in quattuor partes q̄s diuidit circulus horizontis et circulus meridianus. Et quelibet istarū quartarū diuidit in tres partes eūales sīm ascensionē signi ascendentis in circulo directo. Et hoc modo diuidit totus circulus in. 12. partes que vocantur tūres vel domus: cui⁹ expositio est in canonib⁹ tabularum. Intelligendi sunt duo circuli magni transeūtes p̄ polos mundi quorū unus est circulus meridianus: et alter circulus transiens p̄ punctū zodiaci qui est in cōtactu horizontis orientalis et p̄ punctū oppositū. s. qui est in cōtactu horizontis occidentalis intersectans circulū meridianū sup̄ polos mundi. Iste duo circuli diuidit totū celum in quattuor partes que qñq; inter se sunt eūales qñq; ineūales: ut plurimū tamē sunt ineūales. Si enī principiū arietis vel principiū libre fuerit i ascendentē. Iste quarte sunt eūales. In omnib⁹ autē alijs dispositionibus sunt ineūales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulū meridianū et circulum transeūtē p̄ initium ascendentis diuidi in tres partes eūales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendentē vsq; ad inferiorem partē circuli meridiani. s. ad angulū terre intelligat diuidi in tres partes eūales. Deinde imaginent circuli magni transeūtes p̄ diuisiones p̄dictas et p̄ polos mundi. tūc

portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos primos est vena domus. Hec est positio Ptolemei et ista tenet communiter. Est etiam alia imaginatio de dominibus quam tenet abraba auenezre. Et imaginatur transire circulos per divisiones egnocialis et per intersectionem circuli meridiani et horizontis in parte septentrionalis. Illa via a cetero non tenet ideo non curio ea multum explanare. Inuenire autem principia. 1. domus per astro labium non est difficile: in me leue, cuius doctrinam hic interponere esset longum et superfluum cum in canonibus astrolabiorum fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare per tabulas in canonibus tabularum primi mobilium doctrinam completam inueniet. Deinde dicit auctor principium huius divisionis est ascendens cuius initium est in punto bermisperij ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus. Deinde tertia. et sic usque ad duodecimam.

**Quarta autem pars.** Hic auctor ponit proprietates et significaciones circuli signorum consequentes divisionem eius accidentalem. Et dicit quod quarta pars circuli que est ab ascendentu usque ad mediū celi. scilicet 12<sup>o</sup> domus. 11<sup>o</sup> et 10<sup>o</sup>. dicit quarta orientalis masculina adueniens. Et significat initium vite et vocatur puerilis sanguinea. Et alia quarta que est a medio celi usque gradum occidentis. scilicet 9<sup>o</sup> 8<sup>o</sup> et 7<sup>o</sup> domus dicit meridiana feminina recedens a nobis. et significat mediā etatē que vocatur pfectio iuuentutis. et vocatur estivalis et calendarica. Tertia quarta que est a gradu occidentis usque ad angulum terre. scilicet 6<sup>o</sup> 5<sup>o</sup> et 4<sup>o</sup> domus est occidentalis masculina accedens ad nos et significat finē vite et vocatur autumnalis melancolica et est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre usque ad ascendentem. scilicet 3<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> et prima domus est septentrionalis feminina recedens a nobis. et significat quod accedit homini post mortem eius quantum ad memoriam hominum. scilicet ut dicatur de ipso bonum vel malum. Et hec pars vocatur senilis flegmatica defectiva et hystericalis. Et est recte compagio quam auctor ponit hic sicut illa quam posuit in divisione essentiali circuli excepto quod addit hic quod significant initium et mediū et finē vite et quid accedit homini post mortem eius. Postea dicit quod tota illa medietas que est a medio celi eundo per ascendentem usque ad quartam domum vocatur medietas ascendentem. Et alia medietas que est a quarta domo eundo per gradum occidentis usque ad mediū celi vocatur ascendentem. Et tota medietas que est super terram vocatur dextra. et illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit quod prima domus et 4<sup>o</sup> et 7<sup>o</sup> et 10<sup>o</sup> vocantur anguli. Et 2<sup>o</sup> 5<sup>o</sup> 8<sup>o</sup> et 11<sup>o</sup> vocantur succedentes angulis. scilicet autem 6<sup>o</sup> 9<sup>o</sup> et 12<sup>o</sup> vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile et dicit cum planeta fuerit in angulo vel in succidente dicatur perficere et si fuerit in canticibus dicatur deficere.

hb



# T vnaqueq; istarū domorū

Hic auctor ponit significatiōes p̄rias cuiuslibet. 12. domorū. Et tota ista pars potest diuidi in quattuor: qm̄ in prima pte ponit significatiōes. 12. domorū quantū ad esse h̄ominū. In secūda pte ponit significatiōes domorū quantū ad colores. In tertia pte ponit quasdaz regulas q̄ possunt dici amphorisini. In quarta pte docet eligere significatores. Prima incipit i principio. Secunda incipit ibi: significat 2. 12. domus colores. Tertia ibi: t dicit in significatiōe domorū. Quarta ibi: t cū volueris scire planetā dñatorē rei. Prima pte potest diuidi i duodecim partes s̄m q̄ ponit significatiōes. 12. domorū: t vbi incipiūt patebit. Primo dicit q̄ vnaqueq; domus significat aliquid de esse h̄ominū. Nam prima domus que incipit ab horizonte orientali que vocat ascendens significat corpora h̄ominū t vitā: initia omniū operū in interrogatiōib; t locutiōibus t rumorib; t ceteris talibus. Et significat cogitationē querentis scilicet qd̄ querens habet in aio t significat principiū vite. Et dominus triplicitatis prime domus. primus significat vitā t naturaz nati seu interrogantis t eius delectationes atq; voluntates quid diligat uel quid odio habeat t quid boni uel mali accidat ei in initio vite. Et secundus dñs triplicitatis hui⁹ domus significat vitam t corpus t virtutem sive fortitudinē nati t medium vite. Tertius dñs triplicitatis significat idē qd̄ socij t significat p se finem vite. Ex ista littera potest collegi q̄ si primus dominus triplicitatis hui⁹ domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite melior. t sic de alijs duobus intelligas. ¶ Circa istam domū quedā sūt notanda. Notandum est primo de intentiōe querentis qd̄ dicit Ptolemeus in. 94º p̄positiōe centiloquij. Locus fortioris signifiicatoris in ascendēte est id qd̄ est in aio interrogatiōis. Ideoq; cū volueris scire intentionē querētis vide q̄s planetarū habeat plures fortitudines in ascendēte i illa hora qm̄ venit ad te aio interrogādi: t vide i qua domo er. 1. 2. domib; sit ille planeta. t dicas s̄m significatiōes illi⁹ domus in q̄ fuerit. Verbi grā. Pono q̄ ascendens sit leo t sol h̄eat plures fortitudines i gradu ascendēte. t pono q̄ sol sit in 2º domo dico q̄ intentio sua est petere de substantia sua uel de lucro uel de aliq; oīili. Et si sol fuisse sit in 3º domo dixissez q̄ vellet petere aliqd de esse fratris uel fratrū t sic de alijs domib; suo mō. Et si venies ad te tenuerit aliquā rē i manu sua uel alio mō eā occultauerit. t si volueris scire substantiā t naturaz illi⁹ rei aspice planetā fortiorē in ascendēte si aspererit ascēdēs erit illa

res de substâlia signi ascendêtis. Si nô aspererit ascendens erit de substâlia signi in q̄ est planeta. Si fuerit signum terrenum: erit de natura terre uel aliqua res q̄ nascit̄ de terra. Si fuerit signum aquatîcum: erit aliqua res res de natura aque uel que nascit̄ in aqua. Si fuerit aereus: erit aliqua res de natura aeris. Si fuerit signum igneum: erit aliqua res que opāt per ignem. Et si volueris scire colorē rei aspice dñm hore et finis colorē illius iudica. De colorib⁹ planetarū dicet̄ postea ybi loquens de naturis planetarū dñs concedēte. Et si volueris scire virtutē res sit noua uel antiqua aspice lunā. Si fuerit super terrā erit noua. si fuerit sub terra erit antiqua. Et si volueris scire virtutē sit longa uel brevis: aspice dñm termini grad⁹ anguli terre qui si fuerit in auge sui circuli erit res longa. Si fuerit in oppositio augis erit brevis. Si in longitudinib⁹ medijs mediocris inter longū et breue. Hec est Ista ptolemei in. 90. ppositio centiloquii. Cū asperebit significator ascendens et ceteri. Dicit haly abenragel si aligis quesierit a te de vita sua virtutē sit longa uel brevis: aspice dñm ascendentis et lunā. Si fuerint salui ab infortunis significat longā vitā. Et si fuerint cōbusiti uel infortunati significat parvā vitā. Notandum est circa nutritionē s. virtutē puer sit vitalis uel nō. Dicit haly abenragel q̄n dñi triplicitatis lumina ris tuis vult dicere dñi triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natuitas diurna uel signi lune in natuitate nocturna fuerint in ascendēte uel in 10. domo uel. 11. uel. 5. est significatio bone ac leuis nutritiōis. Et si fuerint in septima: significat malā nutritiōē et anxiā atq; laboriosam. Qn gradus ascendens et luminare tuis dānati fuerint: significat q̄ nō nutriet nisi dñi triplicitatis fuerint salui et firmi in angulis. Qn luna fuerit infortunata in ascendēte: nutritiōē nō significat. Qn luna fuerit in 4. domo iūcta corporaliter cū infortuna aut de q̄rta uel oppositione aspicit infortunam significat q̄ nō nutriet et mater eius est in periculo aut forsitan morietur. Dicit abraham auenezre. Si dñs ascendentis fuerit cōbusitus nat⁹ nō viuet spaciū. 8. dierū. Portata fuit mibi natuitas vnius pueri cui⁹ ascendens erat virgo et mercuri⁹ fuit in piscib⁹ in detrimēto suo retrogradus et cōbusitus. et ego credidi huic dicto et dixi q̄ puer nō viueret q̄ octo dies et moritur fuit in sexta die. Dicit haly abenragel: coniunctio planetarū humanitatē nō significat. Vult dicere: cōiunctio pluriū planetarū in ascendēte nō significat nutritiōē. Et ponit ibi vnu exemplū notabile. Dicit: vocauit me rex nostre ciuitatis et vna ex mulierib⁹ peperat filium et fuit ascendens libra. 8. grad⁹ termin⁹ mercurij. et fuerit in eo Jupiter venus mars et mercuri⁹ et cōuenit ibi vna societas astrologorū et gloriet eoꝝ suā opinionē dixit: et ego tacui. Rex dixit mibi: gd habes q̄ nō

loqr̄is? Lui n̄di: date mibi terminū triū dierū: qz si fili⁹ vester transferit  
tertiū dīc erit de ipso miraculū magnuz. Et qñ nat⁹ cōpletas habuit. 24.  
horas posuit se ad loquendū ⁊ locū fuit ⁊ fecit signū ū māu ⁊ rex mul-  
tū expauescebat inde. Et dixit possibile eē q̄ diceret aliquā p̄phetā uel  
aliquid miraculū. Et rex iuit ad natū ⁊ nos cū eo ad audiendū quid di-  
ceret. Et infans dixit: ego sum natus infortunat⁹ ⁊ natus sū ad iudican-  
dum amissionē regni ⁊ destructionē gentis almanā. Hinc statim ceci-  
dit natus ⁊ mortuus est. ¶ De his qui moriunt̄ anteq̄ recipiūt cibū di-  
cit Ptolemeus i quadrigito. generaliter dico q̄ qñ aliquod luminare  
fuerit in aliquo angulorū ⁊ fuerit s̄iliter aliqua infortuna p̄cipitationē  
habens cū eo in longitudine que sit cū eo gradu p̄ gradū uel ipsum aspi-  
ciens in figura duorū laterū equaliū. Nec habuerit cū eo fortuna p̄ci-  
pationē de figura. Et dispositor luminariū loci inuentus fuerit in locis  
planetarū infortunariū natus ille nō recipiet cibum ⁊ moriet hora qua  
nasceſ. Dicit abraham cū fuerit cauda draconis in ascendentē nativitate  
natus ille erit cecus ⁊ fm distantia eius a gradu ascendētis erit an-  
ni. Verbi gratia: si fuerit in. 10. gradu ab ascendentē cecab̄ in. 10. año.  
Electiones hui⁹ domus sunt inceptiones rerum. sicut incipere edificare  
uel aliquid consile. Dicit byspalensis in electionibus prime domus. Si  
sciueris nativitatē aliquius caueas in electione sua ne ponas signuz in  
ascendentē in quo fuit infortuna in sua nativitate. Si aut̄ ignoraueris  
nativitatē elige fm naturā rei. p̄ qua fit electio. verbi gratia: si fit electio  
p̄ incipiendo scribere aliquē librū fortificet mercurius. Si p̄ eundo ad  
bellum fortificet mars. Si p̄ edificando ponat signū fixum in ascenden-  
te. Dicit idem byspalensis volens borā sanguinis minuendi eligere fac-  
ut sit luna in trino uel sextili aspectu martis. ⁊ caue ne sit cōiuncta cum  
eo corporaliter uel in quarto ul̄ in opposito eius. Et fac ut sit luna i signo  
humoris minuendi.

**E**cunda DOMUS. <sup>hic auctor ponit signifi-  
cationes secūde domus</sup>  
Et dicit q̄ secūda domus significat substantiaz ⁊ victum  
⁊ auxiliatores ⁊ ministros. ⁊ significat finem iuuentutis  
Et Anduzgaz dixit vide quis ex tribus dñis triplicitatis  
domus substantia sit fortior in se. i. in loco in quo est i fi-  
gura ⁊ habet facies significatorē substantie. Qui si fuerit in decima do-  
mo habebit substantiā a rege. Et si fuerit i domo fiducie. i. in undecima  
erit melius. Alia littera habet si fuerit in domo fidei erit magis. Credo  
q̄ prima littera sit vera. Domus enī fiducie est dominus substantie regis

Et primus dñs triplicitatis dat substantiaz in principio vite: qui si fuerit fortunat<sup>9</sup> erit natus diues in principio vite. 2<sup>o</sup> dat substantia in medio vite: q si fuerit fortunat<sup>9</sup> erit nat<sup>9</sup> diues in medio vite. 3<sup>o</sup> dat substantiam in fine vite: q si fuerit fortunat<sup>9</sup> nat<sup>9</sup> erit diues in fine vite. Et sicut intellige de infortunijs eorum. i. si alijs eorum fuerit infortunat<sup>9</sup> amitteret nat<sup>9</sup> substantia in illa pte vite q ei attribuiet. Dicit hyperspalensis in canonibus hui<sup>9</sup> dom<sup>9</sup> considera utrum dñs secundum dom<sup>9</sup> sit in ascendente uel dat vim suam dño ascendentis et non sit in domo lapsa si sibi habebit lucru sive labore. Et si econtra fuerit sit eccl<sup>9</sup> verso. Et si Jupiter fuerit in natali angularis uel sit in suo honore uel habeat vim in ascendente uel consideret partem fortune uel sit dñs dominus solis in natali diei: uel dñs dominus luna in natali noctis: uel sit dñs hora non deerit nato census in vita sua: qd hic id est Jupiter est dñs substantie. Si vero dñs ascendentis aspiciat dñm substantie uel suam dominum uel partem fortune aspectu inimicitie destruet substantiam manu sua propria. Si dñs ascendentis fuerit in 2<sup>o</sup> domo infortunatus dabit proprio velle substantiam suam. Si vero sit ibi planeta infortunatus q non sit dñs ascendentis capiens ab ipso vi sive furto. Si capricornus sit ascendens natus erit cupidus et avarus: qd dñs ascendentis et dñs secundum sunt idez. s. saturnus. Dicit Ptolemeus in canonib<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> dominus res priores ad lucra substantie quo erunt conuenient nobis praquirere a pte fortune solummodo quam scimus semper p id qd est inter sole et lunam et pisces ab ascendente in nascentib<sup>9</sup> de die et in nascentib<sup>9</sup> de nocte. Juxta qd notandum est q pars fortune sum Ptolemeus pisces hoc modo. subtrahat verus locus solis a vero loco lune et qd remanserit computat a gradu ascendentis et ubi numerus finit ibi est pars fortune hoc modo iubet Ptolemeus semper facere sive fuerit in die sive in nocte. De hoc plixius dicet deo concedente in expositione quinque differentie ibi enim habet locum. Postea dicit Ptolemeus iudicium huius est isti maneriei. Volo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi baly q regula per quam scimus natu diuitias est accipere planetas gubernantes locu partis fortune et propones illum q habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus et quoniam gubernatores per partis fortune fortes et potentes fuerint: erit natus magnarum diuitiarum maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio concordato id est aspectu trino uel sextili. Ptolemeus scias qd saturnus significat qd diuitie nati erunt ex parte mulierum aut per laborem terre aut per maria. Et Jupiter significat qd diuitie erunt per senescalia uel pro donis honorum et religiosorum. Et mars significat qd diuitie erunt per producendo milites aut gubernando boies armorum. Et venus significat qd diuitie erunt per donis

amicorū et mulierū. Et mercurius significat q̄ diuitie erūt p scientijs et  
mercinonijs. Dicit hely abenragel debem⁹ in hoc primitus spicere ad  
stellas fixas que sūt prime et secunde magnitudinis. Et si aliquā earū in-  
uenerimus in gradu ascendētis uel i gradu decime dom⁹ aut in gradu  
septime aut in gradu q̄rte aut i gradu solis si nativitas fuerit diurna uel  
in gradu lune si nativitas fuerit nocturna. Et melior horū locorū oīuz  
est gradus ascendens deinde gradus decime domus: deinde gradus se-  
ptime: deinde q̄rte. Et si de p̄dictis stellis fuerint in duob⁹ locis uel i tri-  
bus aut plurib⁹ si natus fuerit cū hoc de p̄genie regis erit rex altus. Et si  
de p̄genie regali nō fuerit: habebit potentia et mandatus sile potentie et  
mandato regis et pueniet ad magnā nobilitatē et altū dominiū et preci-  
piet ciuitatib⁹ vallis et genti. Et scias q̄ stelle fixe. s. p̄mi honoris eleuāt  
bominē ad altū gradū et magnā dignitatē et p̄mutant de infimo ad su-  
premū. Hoc idem dicit Ptolemeus in. 29. p̄positione centiloquij. stelle  
fixe dant dona modū excedentia sed multotiens finiunt in malū. Dicit  
hely abenragel quando pars fortune fuerit cadens et in malo loco uel fue-  
rit sub radijs solis aut i radijs infortunie et dominus ei⁹ in loco peregri-  
no. i. in loco in quo nullā habet dignitatē et dñs secunde domus nō aspe-  
xerit ascendens: natus erit laboriosus et pauper et angusta et misera vi-  
ta viuet. Nō est bonus sol neq; mars neq; saturnus in secunda domo in  
aliqua nativitate: nec inde nat⁹ bonū habebit: quoniam sol destruet pla-  
netas et ausert eis lumen: et mars est significator impedimentorū labo-  
rum et defectus substantie. Saturnus significat paupertatē et indigentia  
et peius hoc toto est si dominus domus substantie fuerit cōbuslus cum  
damnatiōe partis fortune. Dicit abraham auenezre si volueris scire q̄s  
nascentiū fuerit pauper uel diues aspice dñm secunde domus qui si fue-  
rit fortunatus erit diues. si cōbuslus uel retrogradus uel in casu suo erit  
pauper sicut dictū est in nativitatib⁹ ita intellige de questionib⁹. De ele-  
ctionibus que sūt in hac domo dicit hyperspalensis si volueris emere ali-  
quā rem causa lucrandi aspice ut sit luna in aspectu trino uel sextili so-  
lis et caueas ne sit sub luce solis. et melius est ut dominus ascendentis det  
vīm planete existenti in decima uel undecima domo ita q̄ recipiēs nō  
sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendențe quarta decima uel undeci-  
ma uel secunda domo bonum est. Aspice etiam ut sit pars fortune in bo-  
no loco. et melius est ut dñs partis eam aspiciat uel luna uel sol.

domus d<sup>r</sup> vng planeta ab aliis qn p<sup>r</sup> p<sup>r</sup> qndt inf p<sup>r</sup> grada ut si sol fuc  
terat domus huius vid p<sup>r</sup> qnd fac in p<sup>r</sup> d<sup>r</sup> domus inf p<sup>r</sup> grada vid  
d<sup>r</sup> tunc



**Ertia domus.** hic ponit significaciones ter  
tie domus et dicit q<sup>r</sup> tertia do  
mus significat frates et sorores p<sup>r</sup> inquos et cognatos et  
dilectos: et significat fidem ac religionem mandata et le  
gationes mutations et itinera brevia. Et significat esse  
vite ante mortem. Et dicit Anduzgaz dominus triplici  
tatis huius tertie domus primus significat frates maiores. Secundus  
mediocres. Tertius minores: et eorum status et dignitas iudicatur sicut sta  
tus istorum dominorum. Dicit baly abenragel quando sol fuerit domi  
nus tertie domus ab ascidente et combusserit dominum secunde dom<sup>r</sup>  
aut partem substantiae significat q<sup>r</sup> natus perdet substantiam occasioe  
fratrum et soluet pro eis impositions amissions et dāna multa. Quan  
do dominus tertie domus et pars fratrum uel Jupiter fuerint in signis cō  
munitibus uel signis multorum filiorum et fortune asperxerint eos aspectu  
amicitie et cum receptioe: significat q<sup>r</sup> natus ille primogenitus est a fra  
tribus suis et q<sup>r</sup> habebit frēs potentes et bonos. Si dñs dominus fratrum  
fuerit combustus aut pars fratrum fuerit combusta uel si sol fuerit in  
domo fratrum aut in opposito Iouis: he sunt significaciones pauci  
rum fratrum et q<sup>r</sup> destruentur et expergentur. Quando dominus dom<sup>r</sup>  
fratrum infortunatus fuerit super terram: significat q<sup>r</sup> damnum et occa  
sio perueniet in fratribus qui fuerint ante eum. Et si habuerit istud in  
fortunium eo existente sub terra malum: et damnum istud perueniet ad  
fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bono et fortuna quā  
do fortunatus fuerit in locis bonis et fortibus. Si dominus dominus fra  
trum fuerit in ascidente: significat natum esse primogenitum: uel erit  
solus sine hoc q<sup>r</sup> iniquā fraries habebit uel sorores. uel quando inter  
ascendens et medium celi non fuerit aliquis planeta significat similiter  
q<sup>r</sup> natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum per  
dentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit: semper tamen erit maior et  
melior. Quando in aliqua revolutione annorum nati fuerit dominus  
tertie domus in decima ab ascidente nativitatis aliquis fratrum ei<sup>r</sup>  
moriatur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis nativitatis  
fuerit in decima domo revolutionis: hoc est iō quia decima domus ab  
ascidente est octaua a domo tertia. Si aliquis quesuerit a te de statu  
fratris sui aspice signum tertium ab ascidente que est dominus fra  
trum et dominum sue triplicitatis et dominum illius domus et que ex

fortunis uel infortunis aspicit ipsuz t in quo loco est: qz si iueneris dominū tertie dom⁹ in sexta domo uel applicantez dño sexte domus: aut dñm sexte in tertia. dicas qz frater ei⁹ est infirmus. Et si ipsū iueneris i quinta uel. 11⁹ dicas qz frater ei⁹ nō est in loco suo: qz iuit extra locū suū Et si iueneris dñm tertie domus infortunatū aut in. 12⁹ dicas qz frater eius est in anxietate aut in infirmitate. Et si iueneris dñm tertie cum marte ambos cōiunctos t cōbustionē intrantes sub radijs solis. dicas qz non euadet ab infirmitate. Et si ambo cōbusti fuerint iudica modis oībus mortē. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in reb⁹ pti- nentibus ad alias domus ut de patre uel filio ul' vxore tē. Dicit hyspa lensis volens incipere prīmū iter fac ut planeta fortuna aspiciat domū tertiatā uel ei⁹ dñm ita qz nō sit ibi malus uel ei⁹ quart⁹ aspect⁹ uel oppo- situs. Si est luna in tertia domo bonum est. Lancer leo t capricornus mali sūt p breui itinere. Luna in ascendentē uel in q̄ta domo in oī elec- tionē malū. Lauendū est ne luna sit in via cōbusta que est a. 19. gradu libre vſqz ad tertiu scorpionis. Lauendum est etiā ne sit luna p caput uel caudā draconis infra duodecim gradus.



**D**ic ponit significatiōes q̄r-  
te domus. Et dicit qz quarta  
dom⁹ significat patres t hereditates t fines rerū t signi-  
ficat thesauros t oēs res occultas t absconditas t signi-  
ficiat si nē vite. Et dicit anduzgaz dñs triplicitatis q̄rte dom⁹ pri-  
mus significat patres. 2⁹ significat ciuitates t terras. 3⁹ si-  
gnificat finē rerū t carceres. Dicit haly abenragel. Aspice statuz patris  
a dñis triplicitatis q̄rte dom⁹. Si dñs triplicitatis q̄rte domus primus  
fuerit in domo uel in exaltatione sua aut in suo baiz receptus a sole uel  
Joue t fuerit in alto loco medijs celi uel in quinta domo significat bo-  
nū statum patris nobilitatē altitudinē t diuitias posse t longam vitā t  
bonā fortunā t hoc si signū in quo fuit hic planeta fuerit masculinū: tñ  
si signū ipsum fuerit femininū significat matri ea que diximus t maxi-  
me si planeta fuerit femininus. Quid sit baiz exponet postea deo conce-  
dente. Et si 2⁹ dñs triplicitatis quarte domus fuerit fortunat⁹ pater ba-  
bebit terras t populabit eas t laborabit in eis t habebit ex hac parte  
bonā utilitatem aut lucrū. Et si fuerint hi planete in esse diuerso seu co-  
trario contrariū iudica. Et si dominus triplicitatis quarte domus ter-  
tius fuerit fortis t fortunat⁹ ut pdiximus: pater erit homo qui extrahet  
thesauros t vineas incidet t aptabit lapides preciosos. Et si fuerit i di-  
uerso statu ab eo qd diximus erit incisor lapidū uel laborabit in mate-

ris malis et fetentibus. Si sol in nativitatib⁹ diurnis vel saturnus in nocturnis. Et pars patris similiter aspererint ascendens vel eius dominū de quarto vel oppositione significat quod pater nati filii abhorrebit et odiet eum et percurabit ut interficiat. Et si luna et pars matris aspererint ascendens vel eius dñm abhorribilitas illa et maliuolentia in filii erit a matre. Dixit bermes quarta domus est fouea planeta qm est in fudo circuli celi et infirmitate: et est in trino aspectu. 12⁹ domus que est dom⁹ tenebrarū laborū anxietatū et carcerū et est gaudiū in fortune maioris et est in sextili aspectu sexte domus que est domus tenebrosa infirmitatis et damni et gaudiū in fortune minoris. Quā aliquis planeta fuerit in quartā domo et in suo casu est sicut homo in solitudine suffocat⁹ donec exeat inde. Dicit haly abenragel quā pars fortune fuerit infortunata in signo masculino iudica quod pater prius moriet⁹ quam mater. Si in signo feminino mater prius moriet⁹ quam pater. Pars patris accipit de die a sole in saturnum et de nocte econtra et percipit ab ascendentē. Pars matris accipit in die a venere in lunā et de nocte econtrario et percipit ab ascendentē. Si dominus partis patris fuerit super terrā et dominus partis matris sub terra iudicā quod mater prius moriet⁹ quam pater. Et si contrariū fuerit contrariū iudicā. Dicit haly abenragel dixit alhezen filius alhezib⁹. Quadaz die cum esset cum abolabesz et fuit cum eo meraeo venit ad me quidā senex et dedit mihi chartā vñā in qua scripta erat vni⁹ nativitat⁹ figura. et dixit mihi quod aspirerem in eadē figura et ego quesui ab eo cui⁹ erat illa figura seu nativitas. qui r̄ndit quod erat cuiusdam filij sui et dum inspicere et cogitarem in ea abolabesz accepit eā de manu mea et aliquantuluz asperit in ea et dixit. Primū quod in hac nativitate videm⁹ est quod natus iste ortus est de adulterio quia non est filius illius qui dicit quod filius eius est. Ego dixi unde habes hoc et respondit. senex iste dicit quod hec nativitas est filij sui et pater nati cui⁹ est hec nativitas iam sunt quattuor anni quod decessit et obiit eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego quesui unde habebat hoc. et ipse dixit: ego asperi ad gradum patris et inueni eū in opposito matris et non erat inter eos plus uno gradu. Et inueni partez patris in. 11⁹ domo ab ascendentē que est octaua et quarta et erat inter partem et saturnū unus gradus propter quod iudicauī quod pater huius nati anno quo natus fuit ortus decessit. et hic senex dicit quod est filius eius unde natus adulterinus ē. et tunc senex dixit: ego non sum pater huius nati: sed est filius filij mei et filius meus. pater eius decessit eodem anno nativitatis istius sicut hic bonus homo dixit.



**Vinta domus** *Hic ponit auctor significaciones quinte domus. Dicit q̄bec domus significat filios tā masculos q̄ femininos. Et significat dilectiones et legatos sive nuncios et dona. Et qđ futurū sit post mortem ex laude vel vituperatione. Et dixit anduzgaz q̄ dñs triplicitatis domus filiorū prim⁹ significat filios et vītā eorū. 2⁹ designat dilectiones. 3⁹ significat legatos sive nūcios. Dicit Ptolemeus in rationib⁹ hui⁹ domus cōuenit ut inspi ciamus ad planetas existētes in loco zenith capiti⁹ nostrorū et ad locū qui sequit⁹ illū. et est locus fortune et ad locū p̄ticipē cū illis in figura. Dicit ibi baly in cōmento locus qui est zenith capiti⁹ nostrorū est. 10⁹ domus. et locus q̄ sequit⁹ est. 11⁹ domus q̄ est dom⁹ fortune. Et regula qua sciēmus esse filiorū est accepta a planetis existentibus in his locis aut existentib⁹ in locis p̄ticipantib⁹ cū eisdē sicut est ascendens et 7⁹ domus q̄ vtraq̄ earū p̄ticipat cū. 10⁹ et 11⁹. Et si nō inuenerim⁹ in his locis plā netā inspiciem⁹ si quos intuenerim⁹ in. 4⁹ domo uel. 5⁹ et accipiem⁹ inde significationē. Dicit Ptolemeus et lunā venerē et Iouē iudicabimus i dando filios. Solē martē et saturnū in auferendo et dabimus mercuriū p̄ticipatorē cū quoctūze eorū qui secū p̄ticipet in figura. Dicit baly in cō mento. Si fuerit in locis p̄dictis aliquis ex planetis fortunis significat q̄ habebit filios. Si alius ex infortunis nullū habebit filiu⁹ et si huerit erunt debiles et pauci. Et si mercurius p̄ticipationē habuerit cum fortu nis erit fortuna: si cu⁹ infortunis erit infortuna. Dicit Ptolemeus et est p̄positio. 144⁹ q̄rte partis res p̄ticularēs filiorū poteris scire p̄ cōsiderationē q̄n bene inspereris in quolibet eorū ad planetā dantē filios ita q̄ ei⁹ ponas loco ascendentis et scies cetera p̄ticularia filiorū generaliter sicut p̄ natuitatez. Dicit baly in cōmento. Qđ autē vult Ptolemeus in hoc loco narrare ē id qđ accidit in natuitate mea. Insperxi et iueni Jo uē in decima domo et in. 28⁹ gradu capricorni aspicientē se cū luna et sa turno et significabat hoc q̄ haberē filios et q̄ morerent̄: q̄ saturn⁹ erat cū Iouē in. 10⁹ domo. et q̄ Jupiter erat in signo feminino et luna sūliter significabat q̄ essent plures vno et q̄ essent plures feminine. Et q̄ Jupiter erat oriētalis: significabat q̄ haberē masculū et sic habui tres filios vnu masculū et duas feminas et oēs obierūt: erat autē gradus ascendēs natuitatis masculi circa gradū saturni ī mea natuitate et ppter hoc mor tuus est cito. Et erat grad⁹ ascendēs vni⁹ feminine in piscib⁹ in sextili Iouis in mea natuitate et in trino lune mee natuitatis: et erat sol ylech in signo capricorni. Et erat gradus ascendēs alteri⁹ feminine in capricorno*

et hoc est mirabile: propter quod sciri potest quod nativitates semper inter se concordant una cum aliis. Dicit byspalensis volens horam generandi filium eligere masculum. sit Jupiter in quo quis angulo uel sit soli orientalis sitque deo minus bore masculus et melius est ut signum ascendens sit masculinum et etiam eius dominus. et si luna sit fortunata et Ioue erit melius. Pro femina accipe signa feminina et planetas femininos et sit Jupiter occidentalis. Dicit baly abenragel quod in quinta domo fuerit aliqua fortuna et dominus quinte domus liber ab infortuniis et aspererit mediū celi natus multos habebit filios et vivent ac ibunt ad bonum. Et si fuerit contraria: contraria significal. Aspice in omnibus nativitatibus si inuenieris luminaria infortunata non habentia vellum aspectum: fortune natus habebit paucos filios. In sciendo tempus in quo habent filii aspice ad planetam qui habuerit plures dignitates in domo filiorum. si enim inuenieris in parte orientali habebit filios in iuuentute sua. si eum inuenieris medio celi habebit eos in medio etatis sue. Et si in septima habebit eos in principio senectutis. Si in quarta habebit eos circa finem vite sue. Similiter quod annus puenerit ad signum in quo fuerit Jupiter uel venus in radice nativitatis habebit similium in illo anno. Dicit baly abenragel si interrogatus fuerit per muliere si est pregnans aut non aspice si dominum ascendentis et lunam ambos inueniris in domo filiorum: aut si inuenieris dominum domus filiorum in ascendentem liberum ab infortuniis: dicas quod mulier illa pregnans. et si dominum ascendentis aut dominus domus filiorum dederit vim suam planeta existenti in angulo. Et similiter si dominum ascendentis receptus fuerit et recipiens ipsum receptus. dicas quod est pregnans. Et si dominus ascendentis dederit vim suam planete cadenti ab angulo: significat quod non est pregnans.

**S**exta DOMUS. Hic ponit significatioes. 6<sup>a</sup> do-  
cat infirmitates et seruos et significat finem vite et quod futurum  
sit aenescencie. Dicit anduzgaz quod primus dominus triplicitatis  
huius domus significat infirmitates et conualescentias fine de-  
terioratioes infirmitatum. 2<sup>a</sup> significat vernaculos et fuos  
Nota differentiam inter vernaculum et seruum. vernaculum enim id est quod famu-  
lus et vocatur seruus conductici. seruus est quod est conductio seruus. Unde dixit  
quidam versificator. Est probus hic verna cui non est cara taberna. 3<sup>a</sup> do-  
minus triplicitatis sexte domus significat quod boni vel mali enierat sibi  
ex seruis et eorum utilitate atque opera. Et cum hoc est significator bestiarum  
et pecorum et omnium quadrupedium que non equitantur. et significat multitudinem uel paucitatem et fortitudinem eorum et quantum maneunt

*per angulum luna  
ostu latera*

in manu eius et quoniam recedunt a suis manibus, significat etiam carceres et retentiones. Dicit Ptolemeus in. 50. ppositione centiloquij. Alloban sane et certe sunt hore in quibus declarant mutationes morborum ad bonum vel ad malum velociter secundum loca lune in angulis quadrati conclusi a circulo directo. Alterationes vero que procedunt has et indicant sunt vera loca lune in angulis almutem. Que autem procedunt has sunt loca lune in angulis habentibus. 16. latera. Et hoc postquam processerit esse eruditum equalitatem et non acciderit aliquid extrinsecus quod conturber infirmum. cum igit inuenierimus hic fortunam tam de fixis quam de erraticis significabit alterationem prosperam. Si vero infortunia alteracione aduersa nisi fuerit eruditini ipsa infortuna contraria et in suo haec. Luna vero in his angulis significat morbos acutos et sol plixos. Et similiter omnes planetae secundum proprias consuetudines. Haly in commento eiusdem dicit quod Ptolemeus docuit nos causam dierum determinabilium et quod sunt et quoniam determinantur de bono vel de malo et alteratioes secundum ordinem. Utilitas vero in hoc maior est medicis quam astrologis. et hoc ideo quod multi philosophi conueniunt super determinationes dicentes quod sunt alteratioes et prelia inter natum et morbi acuti in quarta die et septima die et 14<sup>th</sup> die et 21<sup>st</sup> die que augent secundum hoc accepta solo auditum et doctrina sine scia. et non rationantur in hoc nisi per illud quod preteriit de experimentis suis. Sed Ptolemeus dicit causam eius et patet fecit unde fiat. et causa secundum Ptolemeum est quod natura deuicta est a morbo in initio eius et prohibet eam ne procedant eius opera secundum equalitatem nec repugnat illa morbo in hora qua vincitur. sed expectat ut sit luna in contrario loco illi in quo fuit in principio morbi: quod tunc non erit vis humorum qui mouentur in eo sicut fuit in principio morbi: tunc enim incitat ut repugnet illi sicut non agit prudens actor cum accusato iniuste cum voluerit illi repugnare nisi cum ei virtus debilitata fuerit et in illo loco in quo careat auxiliatoribus. Et excitat illas. scilicet naturam in quarto signo a signo in quo incepit eruditudo et luna existente in illo quod ab omni signo quartum et raro est nature ei: et similiter septimum: quod hec loca. scilicet quartus aspectus et oppositus significat illicitias et triquetates. Et tempus quod est inter initium morbi et introitum lune in gradu quadratum in quo fuit in principio morbi per ascensiones signorum in circulo directo et punctiones radiorum sunt septem dies: et eodem modo quod est inter lunam in initio morbi et ipsa in oppositio sunt. 14. dies: et quod est inter initium morbi et quartum aspectum secundum quod est triplex initio morbi sunt vigintivrum dies. et secundum hunc modum procedit modus aliorum dierum. Et erunt hec puncta anguli quadrati quem includit linea circuli directi: et in illis punctis alia puncta sunt indicativa; et est ut perueniat

pegrinj planeta dicitur quod est in figura ety "utrum hz dignum tunc

luna ad punctū qui abscondit vñūquēq; arcuz cui subtendit latus de la-  
teribus quadrati p mediū. Et in his arcubus sunt latera figure haben-  
tis octo angulos. Et oia hec puncta contraria sunt punctis in quib; in-  
cepit morbus p naturā. Igitur obseruet astrologus quid fuerit in his  
punctis tā de stellis fixis qd de erraticis siue fuerint fortune siue infortu-  
ne. Et si fortune fuerint iudicet qd significant victoriā nature super cole-  
ra. infortune vo significant qd colere supabunt naturā nisi fuerit infor-  
tuna contraria morbo et fortis in suo baiz. nō enī fortunabit lunā cum  
fuerit in suo baiz; s; remouebit morbus p hoc quod est illi contraria et p  
hoc qd infortuna est contraria morbo ut si fuerit frigida et morbus cali-  
dia et si fuerit calida et morbus frigidus et cū his similib; in specie diuer-  
fitatum. Et dicit qd esse solis in morbis plixis fit sicut esse lune i morbis  
acutis quorū maius tempus erit orbis lune et in plixis orbis solis. In-  
nuit etiā nobis Ptolemeus subtile quid: cū dicere omnis stella fīm qd  
est illi de moribus. Docuit quippe nos qd quicqd imoderatū est in no-  
bis et fuerit in moribus quos in cōsuetudine nō habem; dicit p mor-  
bo. Et dixit iustum est hoc nisi accidat aliquid extrinsecus qd dislubet  
ordinē determinationis. et locuti sunt de re que destruit determinatio-  
nē hi qui exposuerūt librū amphorismorū ypocratis: et ideo nō necesse  
ē nobis recitare in hoc libro. Tota intentio Ptolemei et baly stat i hoc  
qd causa quare. et dies et. 14. et. 21. sunt dies cretici est: qd luna in septima  
die ut frequenter venit ad quartū aspectuz loci in quo fuit in principio  
morbi: et ut frequenter luna in. 14. die venit ad locū oppositum. et in. 21.  
die ut frebuenter venit ad secundū quartū aspectū. Ideo dicit baly cum  
voluerit astrologus iudicare de die cretica debet obseruare temp⁹ quo  
luna veniet ad quartū aspectum loci in quo fuit in principio morbi et si  
tunc cōiungat cū planetis beniuolis: uel aspiciat ipsos aspectu lauda-  
bili: uel si cōiungat uel aspiciat stellas fixas que sūt de natura fortuna-  
rū significat qd crīsis erit ad bonū. Et si cōiungat uel aspiciat infortunas  
significat contrariū nisi infortuna fuerint contrarie materie morbi et cū  
hoc fuerit infortuna in suo baiz: qd tunc potest significare bonū s; hoc  
est per accidens. Verbi gratia: si egriudo sit flegmatica et luna aspiciat  
marē significat bonū. Et qd luna puenet ad bonū locum cui subtendit  
latus octogoni in equatore erit dies indicatiua. Latus octogani sūt  
45. gradus et est medietas aspectus quarti. et licet nō sit aspectus habet  
tū mā orē cōuenientiā cū aspectu qd alia loca. et iō qd luna in qrtō aspe-  
ctu debet cōiungi fortunis cū in medietate illius loci puenet iā natu-  
ra sentit iuuamētū et incipit insurgere contra materiā morbi digerēdo

ipsum: et ideo tunc apparent signa digestionis in vrina, et aliqui fit crisis  
in quarta die, s. qm̄ luna inuenit ibi planetam fortunā et tunc signa dige-  
stionis debent procedere in tempore quo luna puererit ad locum cui sub-  
tendit latus. 16. angulorum et hec est medietas Octogoni. Sufficiant hec  
de causis dierum canticorum. Dicit Ptolemeus in. 70. propositione centilo-  
quij cum fuerit luna in oppositione solis mixta stellis nebulosis signifi-  
cat morbos inseparabiles in oculis. Et similiter si fuerit occidentalis lu-  
na et in angulo et fuerint utriusque mali occidentales ascendentes post lunā  
et sol in angulo et utriusque mali ascendentibus ante sole et illi oppositi, s. vñ  
alteri perdet natus utriusque oculum. Dicit haly in commento eiusdem, maius  
impedimentū in duobus luminarib⁹ est cum fuerint duo mali, i. saturnus  
et mars ascendentibus ante solem et post lunā et unus eorum in opposi-  
tione alterius, et sol significat oculum dextrum: luna vero sinistrum. Et in-  
evitabile est quin natus amitteret utriusque oculū cū fuerit significator in ei⁹  
natiuitate hoc modo. Stelle vero nebulose sunt he achoraye: caput gemi-  
norū et locus in quo cadit aqua quam fudit aquarius; gutte leonis et alie-  
que non lucent. Dicit haly abenragel in rationib⁹ huius domus primit⁹  
loqui volumus in hoc capitulo in occasionib⁹ et accidentibus que acci-  
dunt in spiritu et sunt infirmitates spiritus. Postmodum loquemur in his  
que accidunt in corpore et sunt infirmitates corporis. Postea dicit dico quod de  
moniaci sunt illi qui non habent in natiuitatib⁹ suis mercurii cum luna  
in aliquo aspectu: nullo eorum aspiciente ascendens: et fortior in natiui-  
tate sua si diurna fuerit quod sit saturnus et si nocturna mars: et quis eorum  
fuerit sit in angulis et hec est natiuitas demonum. Quoniam sol damnatus fue-  
rit ab infortunis uel a domino domus infirmitatis et fuerit sub terram  
in natiuitate diurna uel luna in tali damnatio sub terra in natiuitate  
nocturna accidet nato cecatio in oculo dextra. Et si hoc infortuniū so-  
lis fuerit sub terra in natiuitate nocturna uel sub terrā lune in natiuita-  
te diurna istud damnū et cecatio erit in oculo sinistro. Quoniam sol et luna fue-  
rint ambo in sexta domo infortunati natus sine aliqua dubitatione ce-  
cabit. Quoniam mercurius fuerit iunctus cum saturno uel in eius aspectu retro-  
uvel opposito qui fuerit cadens ab angulo in loco vili et infortunato aut  
combustus fuerit uel retrogradus aut peregrinus in signo muto natus ex  
quamcumque horū significationē erit lingua damnatus uel mutus. Quoniam mer-  
curius fuerit dominus sexte domus uel in oppositio saturni natus surdus erit  
Maior et fortior significatio mutitatis est quod dominus ascendentis et dominus ex-  
altionis sue et dominus triplicitatis eius et mercurius et luna sint omnes in signis  
mutis. Quoniam sol fuerit infortunatus uel damnatus sub terra significat dam-  
nationē stomachi. Et quoniam luna fuerit damnata sub terra significat dam-

U. de prima magis-  
trate pro gradu et di-  
ctio prelatis de prima  
magistratura quod est  
et haec renovata et per

band  
scopio Argentaria  
fypc

nationē pulmonis. Et si mars fuerit hoc modo: significat damnationē epatis. Et si saturnus hoc modo fuerit: significat damnationē splenis. Et si mercurius hoc modo fuerit: fellis dānationē significat. Dicit Ptolemeus in. 89, ppositiōe centiloquij detestabili⁹ in significatione egrotantis est ut sit significator interrogatiōis ingrediens sub radijs uel sit pars fortune infortunata. Dicit haly abenragel in questionib⁹ hui⁹ domus si quereſ a te pro aliquo infirmo vtrū sanabitur aut nō: aspice lunam ⁊ solem ⁊ almituz ascēdētis ⁊ si fuerint liberi ab infortunis ⁊ nō habuerint aspectū cum dñō domus mortis. dic q̄ euadet ab illa infirmitate. Et si duo eorū fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna ⁊ almituz ascēdētis ⁊ maxime si ipsa fuerit domina tēporis. i. si queſtio fuerit nocturna habebunt aspectū cū domino domus mortis non poterit liberari a morte. Et qualibet vice qua aliquis significatorū applicuerit infortune fortificabit⁹ infirmitas quoq̄ sepetur ab eo. Tempus mortis erit q̄n almituz ascēdētis aut luna se cōiunxerit cū dñō domus mortis aut cuz infortuna q̄ ipsam infortunauit aut q̄ applicet ad quartū uel oppositum aspectum eius.

**S** Eptima DOMUS. <sup>Hic ponit significatiōes</sup> septime domus. Et dicit q̄ septima domus significat mulieres ⁊ nuptias ⁊ con-  
tiones ⁊ oppositiōes. Anduzgaz dixit q̄ primus dñs tri-  
plicitatis septime domus significat mulieres. ⁊ significat contentiōes. ⁊ p̄ticipatiōes ⁊ cōmixtiōes. Dicit Pto-  
lemeus in rōnib⁹ hui⁹ dom⁹ cōuenit ut aspiciam⁹ in cōiugio virorū sta-  
tu lune hora natuitatis viri ita q̄ primo aspiciam⁹ ad lunā si fuerit in  
duab⁹ q̄rtis orientallib⁹ erit coniugiū viri in sua pueritia aut copulabit⁹  
cū puella postq̄ dies intrauerit. Et si fuerit in duab⁹ q̄rtis occidentalib⁹  
coniugiū erit tardū aut copulabit⁹ cū vetula. Et si luna fuerit sub radijs ⁊  
p̄ticipata fuerit cum saturno nunq̄ copulabit⁹. Et si applicuerit saturno  
copulabit⁹ cū muliere laboriosa ⁊ prava. Et si applicuerit Ioui erit mu-  
lier abstinentie bone ⁊ boni ornamēti. Et applicuerit marti erit audax  
⁊ supba. Et si applicuerit veneri erit pulchra leta ⁊ bone receptiōis. Et  
applicuerit mercurio: erit bona intelligens ⁊ bonoꝝ verborū. Et cōue-  
nit ut aspiciamus coniugiū mulierū a statu solis horā sue natuitatis  
ita q̄ si fuerit sol in duab⁹ quartis orientalib⁹ cōiugii mulieris haben-  
tis talē natuitatē: erit in sua pueritia uel copulabit⁹ puerō postq̄ i dies  
pcesserit. Et si fuerit in duabus quartis occidentalibus: copulabitur tar-  
de aut veulo postq̄ in dies processerit. Et si sol fuerit participatus cuz  
saturno erit maritus bone legis amator laboris. Et si habuerit partici-

Diversal dico quod planetar quatuor sunt ex parte

positionem cum Ioue erit abstinentie bone nobilis cordis. Si cum  
marte erit fortio cordis sine vlo amore. Si cum venere erit limpidus.  
Si cum mercurio erit profectuosus in suis factis et factor multarū rerū.  
Dicit haly abenragel in questionibus huius domus. Si quis a te quesierit pro coniugio si erit uel non aspice ascendens et eius dominum et lunam et  
planetam a quo sepatur et da hos per significatoribus querentis et septem  
domum et eius dominum et planetas cui applicuerit luna per significa-  
toribus illius per quo queritur. et si querens fuerit masculus coniunge sole  
cum significatoribus suis et fac eum participem in significatione. et si que-  
rens fuerit mulier da sibi venerem et fac eam participem in significatione.  
postmodum aspicias cuiusmodi applicationem habeat dominus ascen-  
dantis uel luna cum domino septime domus et cuiusmodi applicationem ha-  
beat planeta a quo sepatur luna cum planetā cui applicat. uel venus cum  
sole. Unde si dominus ascendentis uel luna applicuerit domino septime do-  
mus uel planeta a quo sepatur luna planete cui applicat. uel fuerit do-  
minus ascendentis uel luna in septima domo significat quod querens ha-  
bebit rem quesitam tamen cum petitionibus et precibus multis. Et si applicatio  
fuerit de quarto uel oppositione significat quod res ista erit tamen cum tardia-  
tate et labore et pena. Sed si dominus septime domus applicuerit domino  
ascendentis uel planeta cui applicat luna planete a quo ipsa sepatur uel  
fuerit dominus septime in ascidente res illa leuiter fiet et cum magna vo-  
luntate mulieris et sue partis: maxime si applicatio illa fuerit de tertio  
sextili. Et si non inuenieris aliquam applicationem inter significatores signi-  
ficat quod res non erit. Si aliquis querat a te si nocte illa complebit voluntat-  
em suam cum muliere uel non aspice si inuenieris in questione venerem aspi-  
cientem ascendens dic quod questio sua complebit illa nocte. Et si questio  
fuerit si habuerit rem cum muliere illa nocte preterita uel non iudica hoc  
eodem modo nec plus nec minus. Si quera se a te pro aliqua muliere si  
est virgo uel non aspice ascendens et dominum eius et lunam et si eos inue-  
neris in signis fixis dic quod est virgo salua ab omni labore limpida. Et si fue-  
rit in signis communib[us] uel mobilib[us]. dic quod est mulier et habet uel habuit  
maritum. Et si questio fuerit pro puella que dicit se virginem. dic quod est  
corrupta et quod habuit aliquis rem cum ea. Si quera se a te pro aliqua mu-  
liere quod maritos habebit aspice a domino decime usque ad gradum mar-  
titis et quod planetas inuenieris inter eos tot maritos habebit. Et si mars  
fuerit in septima domo aspicias a marte usque ad Iouem hoc eodem modo  
et indica finis id et certificabis cum deo.



**C**taua DOMUS. <sup>Hic ponit significationes octauae dom<sup>9</sup>.</sup> Et dicit q̄ octaua domus est domus mortis et timoris et significat hereditates mortuorum quas heredes debent possidere post mortem, et significat finem annorum vite post senectutem. Dicit Anduzgaz primus dñs triplicitatis huius domus significat timorem, et significat pcepta et res antiquas, et significat hereditates mortuorum. Dicit Ptolemeus conuenit ut inspicias ad statum gradus interscientis quis planetarum sit ibi uel aspiciat ipsum: et secundum naturam illius erit iudicium de morte: ita q̄ si saturnus fuerit dñs mortis accidet propter infirmitates longas; propter prius, et reumata et propter defectum nature et cetera talia. Et si Jupiter fuerit dñs mortis erit mors propter apostemata gule et pulmonis et cetera huiusmodi. Et si fuerit mars erit mors propter febres continuas et acutas. Et si fuerit venus accidit mors propter infirmitatem stomachi et epatis et cordis et per fluxum sanguinis et apostemata euntia per corpus et fistulas. Et si fuerit mercurius erit mors propter epileptiam et propter stulticiam et amissionem sensus. **C**haly dicit in commento. 18<sup>a</sup> propositionis quarta pars. Ptolemeus diuinit nobis mortem in duas manieres: una est pueniens ex infirmitatibus. Alia est pueniens a re in qua non habet physicus quid videre: sicut qui mori gladio: lancea: casu: igne et mortuus bestie et fere uel aque submersione et alijs multis occasionibus. Et quoniam planetae gubernatores salui fuerint ab infortunis et in suis met dignitatibus et potestes et quoniam super eos nullus planeta contrarius eleuat tunc occidet mors propter infirmitates. Alia autem mors accidit quoniam planetae fuerit infortunia uel debiles uel in dignitatibus alienis eis contrariis aut planetae contraria eleuati fuerint super eos. **C**Narrare autem oes manieres quibus contingit mors esset hic nimis longum et qui voluerit hoc inueniet in quarta parte quadripartiti Ptolemei. Dicit Ptolemeus in. 74<sup>a</sup> propositione centiloquij. Cum fuerit mars corporaliter iunctus capiti algol et non asperget luna ascendente nec fuerit fortuna in. 8<sup>a</sup> domo et dñs anauba luminarium oppositus fuerit martii uel in eius aspectu quarto nati caput trucabatur. Quod si luminare fuerit in medio celi suspendetur. Et si fuerint mali aspicientes a gemini et pisce abscedentes ei manus et pedes. Dicit halys in commento quoniam fortuna fuerit in domo octaua prohibetur malam mortem. Audiuimus siquidem a quodam qui erat cum filio halys valde animoso in mari qui cum vellet ingredi mare nimis tumultuosum ventis undas agitantibus ipsum increpasse dixit, non timeo mihi mortem in mari. Jupiter enim fuit in nativitate mea in domo mortis et orientalis qui prohibet mihi malam mortem, et vidi inquit in lecto

illum mori. Accidit etiam mihi ut quidam seruens ostenderet mihi na-  
tum maria. In domo eius domini sui et inueni solem in medio celi: et ipse erat domi-  
nus anauba et ylech et martē in q̄rto aspectu eius et saturnū in angulo  
terre cuius ascendens pisces. Vnde exterritus distuli dare iudicium dicens:  
ad planetas q̄ oportet ut anteq̄ iudicē complean̄ dies nutritionis. Eū autē de puero  
valde solicitare circa investigationē motū uel morū suorū nibil intel-  
liui et q̄d p̄ eo vnde sibi timerē truncationē manū et pedum et infurcationē cum  
esset mansuetus et verecundus. Eūq̄ puenisset ad. 30. annos ingressi sunt  
quidā domū eius fugientes eo q̄ accusati erant de volo sup eū qui pre-  
erat urbi et deprehensi fuerant in domo illa: et ipse cū eis amisit manus  
et pedes et infurcatus est: et ego vidi eū absq; manibus et pedibus infur-  
catum. Dicit Ptolemeus in. 59. p̄positione centiloquis cū interrogatus  
fueris de absentē nō indices de eo mortē donec remoueas ebrietatem  
ab eo: nec vulneratū donec tollas sanguinis minutionē: nec substantiā  
acquisitam donec pecunia sibi cōmissam remoueas: est enī in his oib⁹  
idem iudicium. Dicit haly in cōmento ibidem. qui tractat de iudiciis iu-  
diciorū partitio inter sopitū et mortuū: et inter vulneratū et minutū: nec  
inter illū cui cōmisa est pecunia: et illum qui acquisiuit illam. Audiuī si  
quidē a patre meo cui deus parcat q̄ cū ipse fuisset cū his qui se abscondi-  
erunt a facie imperatoris cū abraham filio almothedi q̄ quotidianē visi-  
tabat eum occulte albasten filius abrahe astrologus: qui p̄cepit ut af-  
ferret conchā eam magnā aqua plenam in qua ponens scabellū cō-  
suluit ei ut defuper federet in maiori parte diei: et hoc ideo p̄cepit ut fa-  
ceret errare astrologos imperatores in esse absconditorū: et cū imperator  
quereret ab astrologis suis ubi ille esset: dixerunt q̄ esset in medio ma-  
ris. Dicit haly abenragel quando mars fuerit in octaua domo damnifi-  
cans dominū octaua domus mors nati erit ex ferro: Et si saturnus sue-  
rit in octaua domo damnificans dominum octauam domus mors nati  
erit ppter carcerē et penas. Qui luna fuerit in octaua domo cum cauda  
draconis significat q̄ mors nati est ppter secessum uel medicinā laxa-  
tiā. Qui mercurius fuerit in octaua domo cū cauda significat q̄ mors  
nati erit ppter mala opera aut ppter toxicū aut facta nigromantie. Qui  
gradus occidentis et eius domin⁹ ambo damnati fuerint nato signifi-  
cant mala morte. Qui sol fuerit damnatus in inuictate diurna uel luna  
in nocturna significat illud idē. Qui significatores damnati fuerint sup  
terra manifestā morte significant et patentē. Et qui damnati fuerint sub  
terra mors erit abscondita et occulta. Qui aliqua infortunia fuerit in

ad nefas p̄it 18 plures partim p̄ q̄ndū apertū 2° partim p̄ opp̄stū apertū  
2° p̄ q̄ndū et 2° mārū p̄ opp̄stū 14° luna p̄ et 2° q̄ndū luna p̄ opp̄stū 3°  
ad 5° apertūte mārū et ylech 8° luna tenebris ut p̄ q̄ndū tenebris 9° luna  
ultra ut cap̄t genitrix et luna 1° vult aḡt et grotte levans 10° corda signifi-  
cāt cor leonis et cor strophidis 11° cap̄t draconis 12° ronda draconis 13° indom-  
en 14° indomus p̄ opp̄stū 14° q̄ndū demus p̄ me 15° donū absindes 16° q̄ndū  
indomus p̄t natūrem 17° q̄ndū puenisse p̄tente astor 18° cometis

Octaua domo uel iuncta domino octauae domus significat forte et malam mortem. Et si aliqua fortunaru fuerit in octaua domo uel iuncta domus significat bonam et pulchram mortem. Et si iupiter uel venus fuerit in hac domo fortis et liber a radijs infortunaru natus erit fortunatus et laudatus et vivet annis. 73. et forte plus.

**N**ona domus. domus. Dicit qd nona domus significat peregrinatioes et longa itinera et significat epistolae et legatos et rumores atq somnia. Dixit anduzgaz q prim dñs triplicitatis hui domus significat pegrinationes et omne qd ei accidit in peregrinationib. et significat fidem ac religionem. et significat sapientiam et somnia. Dicit baly aben ragel in rationib hui domus aspice in itineribus nati primitus a dño triplicitatis domus itineris: qm qm dñs triplicitatis domus itineris primus fuerit in bono statu et fortis fortunatus et receptus significat q natus ibi per itinera et mouebit se de uno loco ad aliu et erit fortunatus in itineribus suis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qd diximus habebit impedimenta et grauamina in itinerib et motibus suis et erit vilipensus in eis et extrahet et expelle de terra et loco suo nec in suis itineribus aliquam utilitate uel lucru habebit. Et si dominus triplicitatis domus itineris. 2. fuerit in bono statu fortunatus et receptus natus erit bone legis religiosus et custos legis. Et si fuerit in diuerso statu erit male legis noiaabitur malus et de malis operib et incredulus. Et si dñs triplicitatis tertius fuerit in bono statu natus erit veridicoru somnioru et quicquid videbit in somniis veridicu erit nec mentietur. Dicit idem baly scias q mercurius habet posse ac significatione ppriam in causa legis et legalitatis separati ab alijs planetis. Et scias q qm fuerit in domo saturni uel in aspectu eius natus erit pfundar cogitationu firmus in credulitate: laudat res alterius mundi magis qm istius et credit eas ac multu cogitat in illis et amat eas: et tenet q res ilius mundi sint meliores qm isti. abhorret ludos ioculationes et solatia: humilis et patiens laboris ac indigentie maxime si forune cadentes fuerint non aspicientes ascendens. Et si mercurius fuerit in domo Iouis uel in eius aspectu natus erit boni nominis bone legis et legalitatis et legis in q fuerit obseruator. Et si fuerit in domo martis uel in eius aspectu et fuerit idem aspectus de quarto uel oppositione natus erit homicida irascibilis malefactor male legis et vilipendet legem suam.

**D**ecima domus. *Hic ponit significaciones decime domus. Dicit q̄ de cima domus est domus regni et sublimatiois exaltationis memorie et vocis in impando et magisteriorum atq; matri. Et significat dimidiū annoꝝ vite. Dicit anduzgaz dñs triplicitatis decime. Primus significat opus nati et exaltationē suā et sedis sublimationē. 2° significat vocem imperij et audaciam in impando. 3° significat stabilitatē atq; durabilitatem eius. i. quantū durabit in dñtatione sua. Dicit prolemeus in. 15. ppositioē cētiloquij. Ascendentia inimicorū regni ab eiusdez ascendentē cadentia sunt et ascendentia dominantiū in illo angulo ei<sup>2</sup>. Ascendentia vō ministrantū succendentia angulis. Liuitatū autē ascendentia in earū edificationibus iudicant oia que in eis occidēt. Que vō ascendentia sunt in regū ordinationibꝫ quarūdam ciuitatū p̄nunciant oia que sub eorū regno sient. et ascendens apparitionis alicui<sup>2</sup> secte in illis. s. ciuitatibꝫ demōstrat quicqd sub illa secta futurū ē in ipsis ciuitatibꝫ. Dicit ibi haly i cōmento q̄ signa cadentia sunt quorū nullus est angulus uel post angulū: et sunt quattuor. s. 12<sup>3</sup> tertiu sextū et nonū ab ascendentē. Et dicit q̄ notū est oī astrologo q̄ cū fuerit ascendens nativitatis aut aliquis angulus eius ascendens aut aliquis angulorū inceptionis regni fueritq; nativitas alicui<sup>2</sup> cui regnū cōgruat pficiet ei regnū in illo regno: eritq; ei in illo honor et nō in alio. Quippe reges antiqui omniū nascentiū in regnis suis nativitates obseruabant: et cuiuscūq; ascendens deprehendebant domū inimicorū regni uel sextū uel tertiu uel nonū interficiebant ipsum puerū q̄ regnū ipsius esset contra regnū eoꝝ. Et paucis interpositis dicit q̄ ascendens alicui<sup>2</sup> ciuitatis est signū cui<sup>2</sup> ascensione incipit quis collocare primū lapidē in illa. Ascendens secte est ascendēs signū in tpe quo illa secta incipit p̄italere sup̄ aliā sectā et suscepereunt eā īmorantes: et illud significat quantū durabit et quicqd accidet in illa q̄ diu durauerit. Dicit haly abenragel q̄n signū mediū celi fuerit ex signis igneis maxime si fuerit leo uel aries et sol in eo: et pars regis fuerit ibi in aspectu fortunariū natus sine vlla dubitatione rex erit.*

**V**Adecima domus. *Hic ponit significatio nes vndecime domus. Dicit q̄ vndecima dom<sup>2</sup> est dom<sup>2</sup> fortune et fiducie atq; laudis et amicorū et ministrorū et auxiliatorū: et significat postremā medietatē medie vite. Dixit Anduzgaz q̄ dñs triplicitatis domus fiducie primus significat fiduciam.*

Secūdus significat amicos. Tertiū significat vtilitates seu pfectus eo rū. Dicit Ptolemeus in. 39. xpositione centiloquij: esse malū vndeclime domus & eius dñi in intronizatiōe regum significat quid accidet in cōfiliatorib⁹ suis & eius substantia de malo: & eodē modo erit malū esse se cunde significans q̄ modicū adipiscer̄ populus cū illo rege. Dicit haly i cōmento. Astrologi cōuenērūt sup hoc q̄ domus decima in omni ordi natione regū est locus eius: & vndeclima auxiliatorū eius & ei⁹ substantie & ascendens est populi: & secūda substātie populi: & iō impedit vndeclima cōfiliatores & 2⁹ substātiā populi. Dicit haly abenragel in ratio nibus hui⁹ domus. Aspice ad dñm triplicitatis hui⁹ domus primū. si in ueneris eū receptū fortunatū & fortem iudica q̄ natus habebit amicos multos lucra vtilitatē & bonū p̄ eis. Et si fuerit infortunatus & dāminat⁹ natus erit solitarius ab boībus nō habēs amicitiā cum aliquo & retrahet & elongabit se ab illis qui p̄curant amorem & societatem ipsius. Et si dominus triplicitatis ipsius domus. 2⁹ fuerit fortis fortunatus & receptus erit fortunat⁹ honoratus & diues abundans in bono statu & bo ne vite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboriosus & indigens ac paupertatis & miserie manifeste. Et si dñs triplicitatis ipsius dom⁹ tertii⁹ fuerit fortunat⁹ fortis ac i bono statu natus habebit filios remansuros post eū in bono statu & diuitijs & fortuna sua. Et si fuerit infortunatus debilis & cadēs ac i malo statu nat⁹ nō habebit filiū qui post eū remaneat nec heredem sue generationis. Et scias q̄ melior status q̄q̄ esse pos sit in amicorū causa est ut dominus ascendentis sit receptus a dño vndeclime domus eodem dñ o vndeclime domus existente fortuna & i bo no statu: qm̄ qm̄ sic fuerit habebit amore & cōueniētiā cū socijs & amicis



**Dodecima Domus.** Hic ponit signifi cationes. 12⁹ dom⁹  
Et dicit q̄. 12⁹ domus significat inimicos & labores tri plicitatis atq; iudias & susurrationes & ingenia atq; bestias que equitanē & significat finē vite & quid cōtinget mulieribus in impregnatiōe. Dicit Anduzgaz q̄ prim⁹ dñs triplicitatis huius domus significat inimicos. 2⁹ significat labores. 3⁹ bestias magnas: & imponit finē dictis dicens hoc est q̄ significat. 12. do mus. Dicit haly abenragel in iudiciis hui⁹ domus. Aspice p̄imitus ad dñm triplicitatis hui⁹ domus primū & si in ueneris eū fortunatū fortem & altū iudica q̄ inimici nati appodiabūt eo sup eū & de se faciēt quicq; voluerint. Et si fuerit cadēs dānatus & cōbus⁹ & peregrin⁹ nat⁹ appodia bit se sup inimicos suos & ipsi impediēt & accidet eis malū qđ credebāt

facere nato. Et si dñs triplicitatis secundus huius domus fuerit fortunatus natus habebit modicas tristicias et anxietates. Et si fuerit in diverso statu erit multarum impietatum et tristiarum et accidentium ei labores et impedimenta et damna magna in eo quod habet et in corpore suo. Et si dñs triplicitatis huius domus tertius fuerit fortunatus natus erit dialecticus et eloquie bone et felix in rationibus et causis suis contra quemlibet aduersantem sibi prosperabit. Et si fuerit in diverso statu erit debilis rōnis ac loquele impeditus: non habebit ius de aduersariis et suis malefactoribus.

**S**ignificat et duodecim domus colores. Hic ponit significatiōes. 1. domus et quā  
tū ad colores. Et dicit quod prima domus et 7. sunt albe. 2. et 12. virides. 7. et 3. sunt croceae. 7. 4. et 10. sunt rubee. 5. et 9. sunt habentes colorē mellis. 6. et 8. sunt nigre. Postea dicit quod glibet planetarū habet in aliquo istaru domorū quandam potestatē accidentalem que vocat gaudiū. Mercurius enim gaudet in ascende. luna gaudet in. 3. domo. venus in. 5. mars in. 6. sol in. 9. Jupiter in. 11. saturnus in. 12. Deinde dicit quod anguli significant fortitudinem et pfectiōne. Ladētes vero ab angulis significant debitilitatem et detrimentum exceptio quod 9. domus et 3. significant rem apertam et detectam cum fama: et hoc id quod sunt gaudia luminarii sicut iam dicebat quod sol gaudet in. 9. et luna in. 3. Et 12. domus et 6. significant occultationem et vilitatem rerū. Postea dicit quod anguli. scilicet prima domus et 10. et 7. et 4. et dñi ipsorum angulorum significant magnitudinem honoris et fortune et elongationem a casu et infortunio. Et pūtia dñorum angulorum in cadentibꝫ ab angulis significant infortunium et dedecus et casum. Et. 11. domus que succedit decime et eiusdem significant fortunā mediā. id est significant fortunā sicut non tantā quantā. 10. Et. 5. domus quod succedit quartae significat fortunā mediā per donationes et causas filiorū. Et. 2. domus et eiusdem significat fortunā mediā ex causa substanciali ministeriorum et auxiliatorum. Et. 8. domus et eiusdem significat fortunam mediā ex substanciali que hereditatē a mortuis et a rebus occultis. Postea ponit significatiōes dñorum angulorum cuius fuerint pūties in ipsis angulis. Et dicit quod pūtia dñi ascendentis in ascendentē significat eius fortunā quod semetipsum et propriam acquisitionem. Et si fuerit in. 7. significat acquisitionem per cōventiones et uxores. Et si fuerit in. 10. significat acquisitionem per magisteria. Et si fuerit in quarta significat acquisitionē per hereditates et ex causa patrū et per productionē aquarū et populationē terrarū et ex rebus antiquis et radicalibꝫ. alia littera habet radicalibꝫ. Presentia vero


dñi decime in. i o<sup>o</sup> domo significat fortunā p regem & regnū magnū & p  
magisteria alta. Et si fuerit in. 7<sup>o</sup> significat regnū p victoriā cōtentioñū  
& p causas vxorū. Et si fuerit in quarta significat regnū p causas mini-  
strorū regis & p cultus terrarū & p edificationes ciuitatum & diuisiones  
fluminū & per custodias ciuitatiū & ex rebus antiquis. Et si fuerit in ascē-  
dente significat regnum p ingenia & p pinquitatem regis ex rebus vul-  
gi. Presentia domini septime domus in septima domo significat fortu-  
nam p negociações & p cōuentiones & cōmendationes. i. depositio-  
nes & p mulieres & p satores. Et si fuerit in quarta significat fortunā per  
cōuentiones & negociações & per causas patrū & hereditatiū & cultus  
terre. Et si fuerit in ascidente significat fortunam per conuentiones &  
negociatiōes & p causas medicinæ & astronomie & p opa spiritualia atq  
ingenia & cetera similia. Et si fuerit presens in decima significat fortu-  
nā p cōuentiones & negociações & vxores & p causas regni. Presentia  
vo domini quarte domus in quarta domo significat forumiam ex fru-  
ctu & p causas patrum atq pres antiquas. Et si fuerit presens in ascen-  
dente significat fortunam ex cultu terre & fructu p profunditatē consilij  
& ingenii: & si fuerit presens in decima domo significat pfectum ex cul-  
tu terre & fructu p causas regum & magisteriorū. Et si fuerit presens in  
septima domo significat fortunam ex cultu terre & fructu & ex parte mu-  
lierū & per causas vxorum & satorū & per negociações. Deinde dicit  
hec que diximus significant domini angulorū quando fuerint presen-  
tes in ipsis angulis. Et sicut dictū est de angulis ita intelligas de alijs  
domibus suo modo fin naturam scilicet cuiuslibet domus: & dicit q̄ iō  
introduxit dominos angulorū ut sint exemplar in alijs domibus.

**T**cū volueris scire planetam  
**dominatore** • Vic auctor docet eligere signifi-  
catorē: & potest diuidi in duas  
partes: quoniā in prima parte facit quod dictū est. In se-  
unda parte ponit exemplū ibi. verbi gratia. Sententia  
auctoris est illa q̄ in cognoscēdo significatorem rei debemus aspicere  
ad duo. primo debemus aspicere ad domū in qua est natura illius rei  
cuius querimus significatorem. Secundo debemus aspicere ad planetā qui  
de sui natura significat illā rē: verbi grā: si q̄stio fiat p substātiā debem⁹  
aspicer ad secundā domū q̄ ē dom⁹ sube & cū hoc debem⁹ aspicē ad iouē  
q̄ sigt de p̄pria nā substātiā. Et si q̄stio fiat de muliere debem⁹ aspicere  
ad septimā domū q̄ ē domus mulierū & cum hoc debemus aspicere ad

venerē que de ppria natura' est significatrix mulierū: et sic de alijs sim prias naturas domorū et planetarū. Est tamen intelligendū quod planetā quem eligimus ex pte domus debemus tenere, per significatore principali. Et planetā qui significat naturam rei debemus facere principem in significative. Est ergo sententia littere: cū volueris scire planetā dñatorē sive significatorem rei aspice quis planetarū habeat plures fortitudines in domo rei quesite ex fortitudinibus dictis in capitulo de fortitudinibus et dignitatib⁹ ipsorū. Et ille qui abundat in numero fortitudinū ille est dñator sive significator. Et est intelligendū quod in interrogationib⁹ ascendens sive prima domus semper attribuiſt querenti: et planeta abundans in numero fortitudinū in domo illius rei de qua fit questio est significator rei quesite. Auctor ponit exempluz in lrā. Et dicit si interrogatus fueris de substantia et volueris scire quis planetarum sit dñator sive significator eius et fuerit secunda domus que est dom⁹ substantie. 5⁹ gradus arietis: quod aries est dom⁹ martis habet ibi mars quinq⁹ fortitudines. Et est exaltatio solis et id sol habet quattuor fortitudines ratione illi⁹. Et est etiā solis triplicitas et ratioē illius habet ibi tres fortitudines: et est terminus Iouis et ratione illius habet ibi duas fortitudines: et facies martis et ratione illius habet ibi vna fortitudinem. Sol igit̄ habet ibi. 7. fortitudines et mars sex et Jupiter duas. pater ergo quod sol habet ibi plures fortitudines. Et talis planeta. s. habens plures fortitudines vocat almutaz. i. vincens. ergo sol in tali figura esset significator substantie et eodem modo faciendū est de alijs.


**E**x potestatibus quoq⁹ planetarū accidentalibus. Ista ps cōtinuat sic. Prīus auctor determinauit de dignitatib⁹ planetarū essentialib⁹. Hic determinat de dignitatib⁹ ipsorū accidentalib⁹: et expedit se brevissime dicens: quod est vna dignitas accidentalis planetarū que vocatur haiz et est hec ut planeta diurnus sit in die super terrā et in nocte sub terra. Et planeta nocturnus sit in nocte super terram et in die sub terra. **E**t etiam si sit planeta masculinus quod sit in signo masculino et feminin⁹ in signo feminino tunc dicit̄ planetā esse in suo haiz. i. in sua similitudine: et erit tunc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui pfectus et lucratiq⁹ fortune. Et sic cōpleta est expositio prime differentie alchabicij introductorij ad magisterium iudiciorū astrorū. **Q**uidam homo interrogauit de quodā absente virū esset mortuus vel viuus et fuit ascen-

dens questionis. 20. gradus leonis et incidit talis figura.



Asperi in hac questione et dedi ascendens et eius dominum et lunam absentem pro quo facta fuit questio. asperi et inueni dominum ascendentis in medio celi: propter quod videbam prima facie quod viueret in prosperitate: sed quia inueni saturnum in angulo orientis ppe angulum infra duos gradus dubitauit de vita illius specialiter: quod ibidem infortunauit partem fortune. deinde asperi ad domum mortis et inueni venerem fortiorē ibidem. i. in domo mortis plura habere testimonia quod exaltationē et triplicitatē. asperi ad locū eius in figura et qualiter se haberet ad ascendens et ad dñm ascendentis et ad lunam et inueni eam aspicientē ascendens aspectu quarto et saturnū ibidem existentē eodem aspectu. ppter quod magis dubitauit de vita. Deinde asperi ad lunam et inueni eam oppressam sub radijs solis hoc fuit unū signum mortis. Inueni etiā lunam separatam a venere euntē ad con-

iunctionē dñi ascendentis & transstulit naturam dñi domus mortis ad  
dñm ascendentis. Hoc fuit certū signū mortis. Ex his collegi q̄ homo  
ille p̄ quo facta fuit questio esset mortuus: inueniūq; est ita. Et q̄ satur-  
nus existens i ascendēte fuit dñs septime dom⁹ significator vxoris illi⁹  
p̄ quo facta fuit questio & venus significatrix mortis asperxit eū significa-  
bat hoc q̄ forte intersector cōmiserat fornicationē cuz vxore illius pro  
quo questio facta fuit.



## Ifferētia secūda i na- turis septē planetarū.

Ista est secūda differētia hui⁹ libri i qua  
auctor determinat de naturis septē pla-  
netarū. Et pōt diuidi in quatuor ptes: qm̄  
primo determinat de naturis & p̄prietati-  
bus septē planetarū. 2⁹ determinat de  
ordine seu principatu planetarū in cōce-  
ptionib⁹. 3⁹ de natura capi⁹ & caude dra-  
conis. 4⁹ determinat de ordine planeta-  
rū in dñ oīerū & horarū. 2⁹ pars incipit

ibi: de ordine vero planetarū. Tertia ibi: caput draconis. Quarta ibi: si  
aut̄ fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in septem partes: quoniā  
primo ponit naturam saturni: Secundo Iouis. Tertio martis. Quarto  
solis. Quinto veneras. Sexto mercurij. Septimo lune. vbi partes inci-  
piant patet in littera. Primo ponit naturaz saturni & quid significat ex  
rebus & moribus ho minū & ex sectis &c. que omnia plane apparent in  
littera vslq; ad illam partem de annis fridarie. ¶ Circa quam partē est  
intelligendū q̄ quando dicit anni fridarie saturni sunt. ii. intelligendū  
est annis gubernationis in vita nati. Ad cuius euidentiā est sciendum  
q̄ in nativitate diurna incipit fridaria a sole & gubernat ipsum. 10. an-  
nis postea gubernat ipsum venus sīm quantitatē annorū suorum. De-  
inde mercurius & sic sīm ordinem planetarū eundo vslq; ad finem vite.  
Si autem nativitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna & guber-  
nat ipsum sīm quantitatē annorū suorum. Post lunam gubernat ipsū  
saturnus sīm quantitatē annorū suorū: & sic sīm ordinem planetarū.  
De hac materia est capitulū propriū in quarta differentia & ibi diffusi⁹  
loquetur de hac domino concedente. Quando autē dicit in littera: ma-  
ximi vero: intelligendum est de annis quos dant planete in duratione

terū scilicet in sectis & in alijs magnis rebus. Quando autem dicit ma-  
iores & medijs & minores intelligendum est de annis quos dant plane-  
te in nativitatibus hominū adiuendum: & sicut dico de saturno ita de  
alijs planetis intelligas. Dicit Ptolemeus in. 82. ppositione prime par-  
tis maius ac fortius opus saturni est infrigidare & desiccare modicum  
propter fortitudinem frigoris: & videt hoc esse p eo q̄ est elongatus mul-  
tum a calore solis & humidis fumositatibꝫ terre. Hic albumazar redar-  
guit Ptolemeū & ponam deo dante rationes suas in fine huius partis  
de naturis planetarū. Dicit baly in cōmento ppositionis preallegate q̄  
Ptolemeus vult dicere q̄ saturn⁹ facit hoc opus eo q̄ opus suū est mul-  
tum elongatū ab opere solis qđ est opus caloris: & a luna cuius opus ē  
attrahere humores: quia quando inspexit comparationē saturni cū so-  
le & luna inuenit q̄ ambo bus erat contrarius: & ppter hoc dixit q̄ cōue-  
nit ut frigidus sit & secus. Et Ptolemeus met glosauit hanc compa-  
rationē in eo quod sequit. Dicit Ptolemeus scire quidem virtutem hu-  
iis planete & aliorū erit ppter rectificationem figurarū in respectu solis  
& lune quoniam earū aliquas videmus mutanttes aerem vna manerie  
mutationis & earū aliquas alia manerie in diuersis ordinationibꝫ mu-  
tationis augendi & minuendi. Dicit baly in cōmento. Si memorā ha-  
bes de eo qđ tibi diximus quomodo pbare possumus stellarū virtutes  
glosa nō indiges in hoc. Et si huius oblitus est ausculta. dico tibi q̄ sol  
& luna eo q̄ eorū opera magis apparent q̄ opera aliarū stellarū & sunt  
nobis magis manifesta & opera reliquarū stellarū abscondita vident:  
conuenit ut inspicias ad stellas habentes cōmunitatē cū duobus lumi-  
nariibus p̄ figurās. i. p̄ aspectus si augent in suis operibus uel ab eis mi-  
nuunt: & sic ibis inspicio ad omnes donec certitudinem scias omnium  
nō semel s̄ pluries. Et si inuenieris q̄ semp sequan̄ vnam manerē ope-  
randi scies pro certo cuiusmodi virtutem habent. Dicit baly abenragel  
de natura saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus vilipen-  
sus anxietatum tristiciarū longarū infirmitatū. natura eius est frigida  
& secca & assimilat melancolie que gubernatur de omnibꝫ humoribꝫ  
nullus de ea. Quando fuerit almutes alicuius nativitatis & ipse in can-  
cro natus erit turpissimi vultus & mirabilis creatura in forma & visione  
sua ita q̄ expauescent & mirabuntur quotquot videbunt eum & audiēt  
loqui de ipso. Dicit alfraganus q̄ corpus saturni est. 91. vicibus tantuꝫ  
quantuꝫ terra.

**J**upiter fortuna masculus. Hic ponit naturā Jovis et planū est quod dicit in littera. Jovis autē virtutis opus est cōplexionis tempate et locus sui motus est medianus inter frigiditatē saturni et calorem martis et ppter hoc cōuenit ut calefaciat et humectat. Dicit haly in cōmento multi crediderunt cū audierūt hoc verbū Ptolemei q̄ ope stellarū fīm eius opinionē sequerent̄ loca sphērarū fīm q̄ vna existit supra aliā sicut credidit hīza auēquitor et alkīndus et alii qui cū talib⁹ rationib⁹ nos impediuerūt. Ego vō dico q̄ si ope stellarū sunt fīm naturā quō possunt sciri ppositiones quadruviales qm̄ radices harū ambaruz sciaꝝ diuerte sūt vna. s. ab alia. Amplius si oia corpora celestia nō sūt aliquiū cōplexionis calide humide frigide neq̄ sicce sicut pbauit Aristo teles quō pōt Jovis cōplexio tempari eo q̄ sphēra sua existat inter illā martis et saturni. Nā si bene ad dictū inspereris Ptolemei iuenies non esse put ipsi crediderūt. Et postq̄ docuit nos yā qua scirent virtutes stellarū ponit hoc vice alia in hoc loco dicens q̄ qm̄ pbauerim⁹ modū operis qd̄ opa ē in aere nos circūdante inuenim⁹ q̄ ē median⁹ inter magnā frigiditatē quā facit saturnus et magnū calorē quē facit mars et hoc affirmit id qd̄ dixit q̄ calefacit et humectat. Dicit haly abenragel Jupiter ē planeta eq̄ilitatis cōitatis bonitatis melioramēti intellect⁹ sens⁹ et pietatis: qz tēperat⁹ est eq̄ilis et fortuna p̄ aspectū et corpore cōjunctionē figit bonitatē meliorationē legē simplicitatē et castitatez dirigit et nō dānat: popular et nō destruit: abhorret saturnū et ei⁹ natureas. Qm̄ deus incepit creare mūdū erat i domo ascendēte lucet i ariete taurō et gemini: et minuit lux sua in cancerō leone et virginē. obscurat̄ in libra scorpiōe et sagittario et minuit ei⁹ obscuratio in capricorno aquario et piscibus. Dicit alfraganus q̄ corpus Jovis est. 95. tantū quantū terra.

**Ars masculinus.** Hic ponit naturā martis et patet in littera. Dicit Ptolemeus mars xp̄rie desiccat et p̄ vim nature sue cōburit eo q̄ igneū habet colorē: et qz circa solē est et qm̄ sphēra in qua sol consistit posita est sub eo. Dicit haly in cōmento Ptolemeus vult dicere q̄ opus virtutis martis id est qui experimur inuenim⁹ siccitatē magne. Ad id qd̄ dixit q̄ virtus martis cōburit eo q̄ igneū hīz colorē. dico q̄ stelle sūt substātie simplici et nō cōposite ex naturis diuersoz elementoz: apparitio sui coloris ē recta eo q̄ ibi nō est aliqd qd̄ mutet colorē cōueniēte eidē sube. Ptoleme⁹ aut̄ docet nos p̄ hoc dictū regulā q̄ scim⁹ v̄tutē stellaz quā p̄ nos itelligē

nō possumus et possimus ea intelligere per colorē. In hoc enim dicto adest dubium quod nos soluere oportet. Nam multi credunt quod color nō ostendat virtutē rei et hoc est veritas in terrenis, propter cōmixtionez elementorū quod in eis est. tamen in celestibus nō est ita quod eoz substantia nō est velo modo cōposita ex aliquo elemento. Et propter hoc redit Ptolemeus ad pbandum hanc virtutē alio modo dicens: et quod existit circa solem et quod sphaera in qua est sol posita est sub eo vult dicere quod accidit ut sit veritas res ista quod virtus martis cōburit eo quod existit circa solem: et quod sol est sub eo et cōmiserit virtus sua cum illa solis sit calidus multū et fiscus ita quod sine rēperamento cōburit. Dicit haly abenragel mars est planeta calidus et fiscus igneus: destructor: iratus: vitor: ious: diligens occideret interficiōes rixas litigia: cito irascit ira fortis: totū cor suu exponit in rebus suis agēdis: prelia facit et destruit populationes. Exaltatio sua est in domo saturni. scilicet in capricorno qui significat clamores impedimenta et gentē stultam et guerrationes. Lōuenit saturnus marti in infortunio et resistit ei in frigiditate et tenebris: et inclinat soli amore sui et defendit auxilio eius: quoniam sol exaltatur in domo sua et gubernat eum de calore et fiscitate quam recipit ab eodem: proprietas et natura sua conuenit et appropinquat proprietati et nature solis. nescius est obliuiosus modici intellectus et dimidiat sensu nec considerat rerū fines: per eum et per ascensum et per descensum eius in circulo suo crescit et decrescit estatis calor et hyemis frigiditas omni anno. Dicit alfraganus quod mars continet quantitatē terre semel et dimidiū et octauam partem eius.

**S**ol per aspectū fortuna. <sup>Hic pōit na-</sup> turā solis et lūra glosa nō indiget. Dicit Ptolemeus cognita res est quod opus substantie solis est calefacere et dare aliquantulus fiscitatis et bec opera magis proprie sentiuntur et leui scita sunt omnibus alijs propter magnitudinem solis et propter manifestā mutationē quam per annū facit et quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit. Dicit haly abenragel scito quod sol est lumen et candela celi gubernator mundi factor temporū: per eum sunt planete orientales et occidentales: et per eum sunt apparentes et occulti: et per eum mouentur res se mouentes: per eum nasciuntur res nascens: crescit oē folium et maturat omnis fructus. Ipse est spiritus celi magnus cum eo vivificant signa et quilibet signū quod est in eo habet maioriātē sup alia signa: quoniā ipsum vivificant et illuminant et dat ei fortitudinem et calorem et applicat calorē et fortitudinem et virtutem illius signi terre: quod natura et facta sua apparent

in omnibus rebus et in cunctis ariatis et in astatibus existetibus in terra. Et quod exit de signo in quo est remanet illud signum in similitudine corporis defuncti. Est planeta magni dominij potestie nobilitatis altitudinis et magnitudinis. est fortuna per aspectum et infortuna per coniunctionem corpalem. Vides enim quod aliquis planeta coniungit sibi: conburit et vincit eum et extinguit lumen et lucem suam. Locus suus in celo est quartus. scilicet medius. et planetarius: sicut rex sapiens qui per sensum manutenet regnum suum et per considerationem ponit sedem suam in medio regni sui ut per oia latera attingat. Dedit marti miliciam suam et per esset dux militie sue: quod celum solis est sub celo martis et conuenit natura et calor suus cum natura et calore illius. Dedit Ioui sua iudicia propter temperie honestatem saluationem et sue complexio- nis salutem: et quod non est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum saturno quod omnes planete sua lumina mittunt ad eum et suas considerations. Dedit veneri collectiones reddituum et vendendi redditus et emendi: quod celum eius applicat suo et sui vicini. Dedit mercurio scribaniam quod status eius est sicut status scriptoris regis qui vadit quod ille vadit et sedet quando ille sedet. Dedit lune algazilaticum quod est similis algazilo regis qui facit sua mandata et defert ea quocumque precipit. Dicit alfraganus auctoritate Ptolemei quod corpus solis continet corpus terre centies sexagesies sexies et aliquantulum plus.

**V**enus fortuna feminina nocturna  
Hic ponit naturam venerei et patet in lrâ quod dicit. Dicit  
Ptolemeus venus ipsam opa Iouis facit propter tempe-  
ramentum sue complexiois excepto quod est Ioui in re una co-  
traria quod calefacit parum eo quod existit circa sole et humectat  
eum lunam propter magnam lucem quam habet hic planeta eo quod attrahit ad se  
fumositate quod eleuat ab humoribus terre. Dicit baly in commento vult di-  
cere quod eius calor est multum minor illo Iouis et propter humiditatem quam  
facit dicimus quod est quodammodo frigida et plus humida. Qd autem dicit eo  
quod existit circa solem dixit eo quod virtus sua volvitur cum illa solis. Et id quod  
dixit humectat sicut luna: vult dicere quod venus facit humiditatem circa eas  
quam facit luna. Et id quod dixit propter magnam lucem vult dicere quod modic-  
calor facit humores currere. Dicit baly abenragel venus est fortuna fri-  
gida et humida nocturna hyleris gaudiosa appetitio bone limpida for-  
mosa: diligit ioculationes cantationes comediones potationes et vitas:  
est mansuetus et pauci motus. est mulierum significatrix et iacendi cum eis  
amoris amicitie et societatis. recipit martem per naturam fornicationis et

impidamenti abhorret ipsius propter contrarietatem nature sue que est caliditas et siccitas. Separat se ab eo et malum et infortunia suam repellit a se ipsa propter mansuetudinem bona verba solatium bonum et mansueram longam. Concordat cum saturno in frigiditate et convenientia quam habet cum eo in libra quae est dominus vniuersitatis exaltatio alterius. Et discordat cum eo in moribus tristiciis et doloribus suis et eo quod saturnos est usus modici cum mulieribus. Status veneris cum statu solis est similis statui mulieris versus virum. Dicit alfraganus quod corpus veneris est una pars de. 37. partibus terre.

**M**ercurius comixtus. Hic ponit naturam mercurij et patet in littera. Dicit Ptolemeus: siccitas vero et humiditas mercurij est per runcum equale: quoniam aliquando desiccatur et effugat humores eo quod nunquam elongatur in multis a calore solis etiam nullo tempore: et aliquando humectatur eo quod positus est super spheraem lune que est circa terram magis quam omnes alie spherae et mutatur ad hos duos status et facit ventos propter serotinas mutationes eius circuimurque solem. Dicit hely in commento. Vult dicere quod opus mercurij non est una res sola: quoniam aliquando desiccatur et aliquando humectatur. cum autem desiccatur est quando soli applicatur et est tunc opus suum in calefaciendo et siccando circa istud solis. Humectare autem suum est propter vim suam que commiscetur cum illa luna que posita est sub eo et quod est opus suum sicut opus lune. Et Ptolemeus quando comparationem facit de opere mercurij cum illo solis inuenit quod aliquando faciebat opus tale quale sol. Et quando per comparationem facit cum opere lune: inuenit quod aliquando faciebat opus tale quale luna. Et expertus fuit hoc multo intenser et inuenit quod semper alterum duorum operum faciebat et sciuit per certo quod opus suum est secundum opus aliarum stellarum cum quibus inuoluitur: et opus proprium in se non habet. Dicit hely abenragel. Mercurius est planeta maleficiarum violentiarum documentorum scribanie computationum scientiarum: calidus est et siccus forme et nature conuertibilis: masculus cum masculis: semineus cum femininis: fortuna cum fortunis: infortunia cum infortunis: bene rationatus: bene loquens: ausus in loquendo: pulchre apparentie: composite persone: diligit libros et computationes. Placent ei magisteria: res bene facte rationes versificari libri ac scientie: agilis est in motu et proprietatis ardoris: alacer et mobilis in omnibus rebus suis: et est unus trium planetarum significantium pluviis et per eum et per mutationem suam de signo in signum: et per eum eius

statum ac retrogradationē et directionē ipsius et per oppositiones et coniunctiones suas scient motus ventorū et eius fortitudines. si erunt fortis uel debiles in omib⁹ partib⁹ illius anni: quā qđ exit de uno signo et intrat aliud: uel quā est stationarius aut retrogradus significat ventos fortis humiditates et pluuiā et in aere accidentia de nubibus turbationes et his similia. Similiter quā est in oppositione lune existente luna in aliquo signorū aqueorū uel aereorū significat qđ pdiximus. In revolutione annorū mundi habet magnā et veridicā significationē sup tendentes officia reguz. Alfraganus dicit qđ quantitas corporis mercurij est una pars de. 32 milibus partibus corporis terre.



## Vna fortuna femia nocturna

Dic ponit naturā lune. sīna littere patet. Dicit Ptolemeo  
maior virtus lune est bimectare; p eo qđ est multuz circa terrā et ppter fumositatē frigidaz que p ea eleuat: et ppter hoc ad statū tamē mutant corpora manifesta mutationē: qđ facit mutari et putrefacere corpora ut plurimū: et habet etiā cū sole picipationē modicas in calore p eo qđ recipit lumen ab eo. Albumazar redarguit Ptolemeū in causa naturarū planetarū et sūt verba sua ista: quā plures reges grecie fuerunt sapiētes post alexandrū filium philippi:ocabaturq; vniusquisq; eorū Ptolemeus. fuerūtq; numero. 10. et una mulier: erantq; regnātes in egypto: et fuerūt anni regni eorū. 275. fuerūt vniuersi sapiētes ex quib⁹ fuit Ptolemeus vnius qui edidit librū almagesti sup causam motus circuli et quicqd in eo est ex planetis. Et quidā eorū edidit librū de iudicijs astrozū referens eū ad Ptolemeū auctore librū almagesti. Dicitq; ille qui edidit librū iudiciorū ipse edidit librū almagesti: nesciturq; veritas hui⁹ rei: sed ille qui ex eis edidit librū iudiciorū narravit in libro suo naturas planetarū et eorū causas. Incepitq; di cere qđ sol calefacit in suauitate ac mora et qđ opus ei⁹ sit in hoc euidentius et fortius opere ceterorū planetarū. ppter magnitudinē eius et quanto magis eleuat ad zenith capitū nostrorū auget nobis calor. Et putauit qđ natura lune sit humida ppter primitatē circuli eius a terra et propter receptionē vaporū: qđ ad eam eleuant ex ea. Et putauit qđ natura saturni sit frigida et sicca ppter longitudinē circuli eius a calore solis et longitudinē eius ab humiditate vaporū terre. Et putauit qđ martis natura esset calida et sicca eo qđ color eius silis est igni: et qđ est ppe solem et qđ est sub eo erigiturq; calor eius ad eū et calefacit eū. Et putauit qđ Jupiter sit equalis complexionis: eo qđ sit eius circulus inter circulos saturni

et martis. Et propter hanc causam est natura eius calida humida equalis et temperata. Et putauit quod veneris natura sit calida humida equalis. calor autem eius ex propinquitate circuli eius a sole. Humiditas vero ex vaporre humido qui contingit eam ex terra. Putauitque quod natura mercurij sit in quibusdam horis sicca et in quibusdam humida. Siccitas eius propter approximavitatem eius a sole et quod non elongat ab eo elongatione maxima. Humiditas vero eius propter proximitatem circuli eius circulo lune. Hoc est quod putauit Ptolemeus in naturis planetarum. et hec est ratio qua visus est super hoc. Sed nos dicemus nunc quod sit in eius dictis pungendus. id reprehensione dignus. nam quod putauit ex sole et calefactione rerum ab eo in sua uitate et mora hoc inuenit ex suo opere. quod autem dixit quod natura lune sit humida propter proximitatem circuli eius a terra et receptione vaporum qui eriguntur ex terra ad eam hoc repellit a sapientibus eo quod spaciū quod est inter faciem terre et propinquorē locū in quo est luna sit. 128044. miliariorū fere ea mensura qua sit vnum miliarium. 3000. cubitorū. Et hoc patet in libro in quo narrant longitudines corporum superiorum ab iniunctis. Et non plus eleuant vapores a superficie terre finis quod narravit Ptolemeus quod. 16. stadia finis quod stadiū quadrangularium cubitorū est: nam 16. stadia faciunt duo miliaria et decimā ac tredecimā vni miliarij fere. longitudine vero lune quā magis propter est superficie terre est ut diximus. 128044. miliariorum fere. unde ergo uel quod applicat vapor terre ad lunā quo usque corrūpat uel mutet naturam eius. Per modū consimile reprobat ipsum in naturis aliorū planetarū. sed per transito causa breuitatis. Nam in commento propositiōis pallegante de natura lune ridet ad rationes albumazaris. Dicit enim baly expōnens verba Ptolemei primo. Postquam docuit nos Ptolemeus quod virtutes stellarum corporum suorum sequuntur magnitudinem et corpus lune paruum est sicut in almagesti narravit et eius opus sequitur opus solis propter una. Dicit hic quod est hoc pro eo quod multum est propter terram et pertinet ad nos eius virtus antequam mutetur et propter hoc apparet eius opus magis quam opus aliarum stellarum. Et videmus visibiliter quod attrahit humores terre et corporum eam sequentium et pro eo quod habet lucem a sole operatur in terrenis calorem modicum accidentalem cum quo facit putrescere et mutari humores existentes in corporibus sicut ostensum est in physica et in natura. Et manifestum est quod lux facit calorē. et potest hoc probari per specula que cōburunt et filia. et quod luna lucem habet a sole cōuenit ut habeat modicū calorē quem facit sicut per accidens. Et hoc est id quod vult dicere Ptolemeus. Et quod hoc non intellexit albumazar credidit quod erraret in dicto suo dicens quod potest fumositas humida ad lunā ascendere cum fumositas ascēdere nequeat ultra. 16. stadia

et luna satis longius est. Ego vero risi de dictis talibus qualia sunt hec: et  
dixi qualiter non intellexit hoc: quia Ptolemeus noluit dicere quod fumofitas  
humida ascendat usque ad lunam. sed dixit quod ascensus fumositatis  
humide qui est versus lunam docet nos quod attrahit humores terre et aliorum  
corporum eam sequentium sicut adamus trahit ferrum. Alfraganus di-  
cit auctoritate Ptolemei quod magnitudo corporis lune est una pars de  
39. partibus terre: et dicit quod maius corpus omnium corporum uniuersi est  
sol et post solem. 15. maxime sunt stelle: dicit enim quod unaqueque earum te-  
net corpus terre centies septies. 3<sup>2</sup> in magnitudine est Jupiter. et quartus  
saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secundum ordinis quarum quelibet  
continet terram nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertii ordinis quarum  
unaqueque continet terram septuagesies et bis. Post ipsas sunt stelle quarti  
ordinis quarum quelibet continet terram. 34. Post ipsas sunt stelle quin-  
ti ordinis quarum quelibet continet terram. 37. Post ipsas sunt stelle sexti  
ordinis et minor illarum: immo minor omnium que videntur: quarum  
probatio est possibilis continet terram. 18. Maius corpus post ipsas est  
mars. post martem terra: post terram venus: post venerem lunam: et ultima  
mercurius. Datet igitur finis alfraganum quod maius omnium corporum  
est sol et minus mercurius exceptis generabilibus et corruptibilibus.  
De longitudine istorum corporum a terra dicit alfraganus quod propior lon-  
gitude lune a terra est. 33. tantum quantum dimidiū diametri terre et 20<sup>o</sup> pars  
eius: eritque hoc. 107412. miliaria. Et est longitudo longior lune que est  
propior longitudo mercurij sexagesies quater tantum quantum dimidium  
diametri terre et 6. pars eius quod est. 208542. miliariorum. Et longitudo  
longior mercurij que est propior veneris est centum sexagesies septies tan-  
tum quantum dimidium diametri terre quod est. 542750. miliariorum. Et longi-  
tudo veneris longior que est propior longitudo solis est millesies et cen-  
ties et vigesies tantum quantum dimidium diametri terre quod est. 3640000.  
miliariorum. Et longitudo solis longior que est propior longitudo mar-  
tis est. 1220. tantum quantum semidiameter terre quod est. 3965000. miliariorum.  
Et longitudo martis longior que est longitudo iouis ppior est. 8876.  
tantum quantum semidiameter terre quod est. 28847000. miliariorum. Et lon-  
gitudo Iouis longior que est propior longitudo saturni est. 14405. tan-  
tum quantum semidiameter terre quod est. 46816250. miliariorum. Et longitu-  
do saturni longior que est equalis longitudini stellarum fixarum et est qua-  
titas dimidiū diametri circuli signorum est. 20110. tantum quantum semidia-  
meter terre quod est. 65357500. miliariorum et cum duplicatum fuerit hoc  
pueniet quantitas totius diametri circuli signorum. i. octauae spherae que

militer pot est hylech in 11. locis. Potest enī sub terra esse hylech in. 6.  
locis et sup terrā in. 5. Si autē luna in aliquo p̄dictorū locorū fuerit cō-  
busta sub radijs solis non erit apta hylech. Et cū fuerint domus equate  
fm doctrinā traditā in canonib⁹ astrolabi⁹ et tabularum p̄imi mobilis  
omnis planeta q̄ fuerit ante ascendens uel ante principiū alicuius alte-  
rius domus p̄ quinq⁹ gradus uel infra erit fortitudo ei⁹ valida in domo  
que succedit. Et ois locus ex locis p̄dictis nō potest esse hylech nisi aspi-  
ciat eū aliquis planeta habens dignitatē in loco illo s. q̄ sit dñs dom⁹  
uel dominus exaltationis aut triplicitatis aut termini aut faciei. Tota  
sententia littere potest reduci ad pauca verba. Quinq⁹ sūt loca a quib⁹  
recipi⁹ hylech. i. significator vite que sūt bec: sol:luna:gradus cōiunctio-  
nis uel p̄uentions: pars fortune: gradus ascendens natuitatis. Si nati-  
uitas fuerit in die incipendū est a sole. Et si nō fuerit in locis aptis fm  
q̄ p̄dictū est recipiēda ē luna. Et si nō fuerit apta recipiendus est grad⁹  
cōiunctionis uel p̄uentionis qui si non fuerit aptus recipienda est pars  
fortune. Et si nō fuerit apta recipiend⁹ est gradus ascendens natuitatis  
Dicit Ptolemeus q̄ hylech nūq̄ debeat accipi ab aliquo loco existente  
sub terra. Dicit enī t̄ cōuenit ut nō operemur in re tam nobili sicut ista  
p̄ id totum qđ est sub terra s̄ semp p̄ id qđ ascendit et appareat sup terrā  
Nec cōuenit nos opari p̄ signum qđ ascendens nō aspicit nec p̄ signum  
qđ ascendit ante ascendens qđ dicit domus laboris. i. domus. 12. qr̄ est  
cadens ab angulo et plus etiā quoniam̄ sumositates que eleuant ab hu-  
moribus terre turbant virtutē eius que venit ab ea ad terrā cū spissitu-  
dine ac lugubritate sua et damnat eaꝝ ppter qđ apparent colores et ma-  
gnitudines stellarꝝ existentiū in hac domo alterius manerie qđ sint per  
natūrā eorū. Haly abenragel dicit sapientes in hoc sunt plurimū discor-  
dati: tñ id in quo maior pars eorū concordat est q̄ incipiūt primitus in  
natuitatib⁹ diurnis a sole et insipiūt si est in aliquo angulorū uel succe-  
denti et in signo masculino et in quarta masculina et aspererit aliquā di-  
gnitati suarū erit ipse hylech: et si ita nō fuerit nec aspererit aliquam di-  
gnitati suarū nō erit ipse aptus p̄ hylech: et p̄quires tūc hylech a luna et  
si ea inuenieris in angulo uel in succedenti et in signo feminino et in qr̄-  
ta feminina et aspererit aliquā dignitati suarū accipe eā p̄ hylech alio-  
quin nō erit apta: tūc aspice natuitatem si fuerit cōiunctionalis accipe  
hylech a gradu ascendentē et si dñs aliquis habens ibi aliquā dignita-  
tem aspererit gradū illū accipies eū p̄ hylech. Et si ascendens non fuerit  
aptum p̄quires hylech a parte fortune. Et si pars fortune nō fuerit apta

pquieras hylech a loco cōiunctionis uel oppositionis p̄cedentis natuitate. Et si nō fuerint apti natuitas non habebit hylech. Et oportebit te necessario reuerti ad dirigendū p̄ athazir loca hylech ad loca fortunazz et ad radios earū et ibi inuenies locū finis. Et si natuitas fuerit nocturna pquieras primitus hylech a luna sicut incepisti pquiringere de die a sole. Et si eā inuenieris in angulo uel in succedenti in signo feminino et i. q̄rta feminina et aspererit aliquā dignitatū suarū ipsa erit hylech. Alioquin pquieras hylech a sole et si eum inuenieris in angulo uel in succedenti in signo masculino et in quarta masculina et aspererit eū habens dignitatem ibidē accipias eū p̄ hylech alioquin nō erit aptus. Et tunc si natuitas fuerit p̄uentionalis pquieras hylech a pte fortune sicut pquiringisti a luna et sole. Et si pars fortune nō fuerit apta perquieras hylech a gradu ascēdente. Et si aliquis eorū nō fuerit apta p̄ hylech pquieras hylech a gradu cōiunctionis uel p̄uentionis p̄cedentis natuitatez. Et si fuerit in angulo uel in succedenti et fuerit aspectus ab aliquo habēre ibi aliquā ex. s. dignitatibus accipe eum p̄ hylech. Et q̄ si sol fuerit hylech et nō habuerit alcochoden pquieras hylech a gradu lune: et si ille. i. gradus lune fuerit hylech et nō habuerit alcochoden perquieras hylech a gradu ascēdente si natuitas fuerit coniunctionalis: et si gradus ille fuerit hylech et nō habuerit alcochoden pquieras hylech a parte fortune. Tñ si natuitas fuerit p̄uentionalis incipe primitus a parte fortune. et si fuerit hylech et nō habuerit alcochoden aliquis horū pquieras hylech a gradu cōiunctionis uel oppositionis antecedentis natuitate: et si nullus eorum habuerit alcochoden quoniā natus nō habuit hylech nec alcochoden est significatio vite ac durabilitatis modice. Et scias q̄ in hylech qui pqui ritur ab ascēdente et a pte fortune et a gradu cōiunctionis uel p̄uentio nis nō aspicit masculinitas nec femininitas signorū neq; quartarū. Et dicit maior pars sapientū q̄ luna in tertia domo apta est ut sit hylech: q̄ gaudet in ea et dicūt similiter q̄ soli in nona domo cōuenit esse hylech q̄ gaudet ibidem.

**T**er hoc alcochoden. In hoc capitulo docet au<sup>+</sup>ctor eligere alcochoden qui est dator annorū vite. S̄nia lrē est talis cū volueris scire q̄s planetarū est dator ānorū vite. debem⁹ aspicere q̄s planetarū habeat plures dignitates siue fortitudines i loco hylech. Uerbi grā: si sol fue rit hylech debem⁹ respicere planetā fortiore in loco solis. Et si luna fue rit hylech debem⁹ respicere fortiore in loco lune et sic de alijs locis intel

ligendū est. Et si talis planetaaspererit locū hylech a quo cunq̄ aspectū debem⁹ ipsū accipe p alcochoden. Si vō nō aspererit debem⁹ respicere aliū p illū. s. planetaz q̄ hz in loco hylech aliq̄ fortitudines s̄ nō tot si-  
cut prim⁹ dñs grad⁹. Verbi grā: si vn⁹ habeat in loco hylech sex fortitu-  
dines et ali⁹ habeat ibi. s. uel. 4. fortitudes si prius nō aspererit locū hy-  
lech nō poterit eē alcochoden. tūc si 2⁹ aspererit locū hylech debem⁹ ipsū  
accipere p alcochoden: et si ille etiā nō aspererit debem⁹ aspicere iterū  
ad aliū hūtē pauciores dignitates et sic debem⁹ pcedere donec inuenia-  
mus aliquē aspicientē locū hylech q̄ habeat aliquā dignitatē i loco hy-  
lech: et si nullū planēta inuenierim⁹ aspicientē locū hylech q̄ habeat ibi  
dignitatē uel dignitates ille locus non potuit esse hylech: iō in hoc casu  
oportet querē aliud hylech s̄m modū prius dictū. Verbi grā: si natu-  
ritas fuerit diurna et sol fuerit in loco apto ad hoc q̄ sit hylech. tñ nullus  
hz dignitatē in loco solis aspiciens ipsū sol nō poterit esse hylech: q̄ nō  
hz alcochoden: iō oportet tūc pquirē hylech a luna: et si ipsa fuerit in lo-  
co apto hylech et nullū h̄s in loco ei⁹ dignitatēz sit aspiciens ei⁹ oportet  
pquirē hylech a p̄e fortune uel a gradu cōiunctionis uel puentiōis uel  
gradū ascēdētē s̄m ordinē pdictū. Et videbat quibusdā esse incipiē-  
dū a dñō dom⁹ ita videlicet q̄ si dñs dom⁹ loci hylech aspererit hylech  
accipiebat eū p alcochoden et nō aspererūt aliquē aliū. Si autē dñs do-  
mus nō aspererit aspicebat ad dñm exaltatiōis q̄ si aspererit ponebat  
illū alcochoden. Et si ille nō aspererit aspicebat dñm triplicitatis: dein  
de ad dñm termini: deinde et ultimo ad dñm faciei. Dorothei⁹ asperit p̄  
mo dñm termini et p̄posuit eū dñō dom⁹; s̄ hoc nō videbat veritati conso-  
nū. Et quidā dixerūt si duo uel tres uel plures planete ueniāt in digni-  
tati bus ita q̄ habeat eq̄les fortitudines essentiales in loco hylech et oēs  
aspererint illū locū accipiebāt est ille q̄ p̄inquier̄ aspicit: et si in hoc etiā  
cōueniat qd̄ raro cōtingit accipiebāt est ille qui fuerit in esse laudabili  
a sole ita q̄ sit cōiunct⁹ cū sole in vno gradu et non sit elongat⁹ ab ipso p̄  
16. minuta. Uel accipiebāt est ille q̄ fuerit p̄inquier̄ angulo aut ille q̄  
fuerit in initio ortus matutini. s. q̄ incipit apparere in mane an ortū so-  
lis aut ille q̄ fuerit in statioē sua secūda et iens ad directionē aut q̄ fuerit  
i alio esse laudabili a sole. s. q̄ sit orientalis si fuerit aliq̄ triū supior̄ aut  
occidentalis si fuerit aliq̄ triū inferiorū. Si vō contingat q̄ sol fuerit hy-  
lech et fuerit in leone uel in ariete. s. in domo uel exaltatiōe sua erit ipse  
hylech et alcochoden. Et si luna fuerit hylech et fuerit in cancer uel i tau-  
ro erit ipsa hylech et alcochoden et nō oportet cōsiderare aliquem aliū.  
Ptolemeus dicit q̄ ille est alcochoden qui habet plures fortitudines i

loco hylech siue aspiciat siue non aspiciat ipsum locum. sed nullus sapiens concordat cum eo: ideo tutius videlicet mihi tenere viam sapientum. De annis vero quos dat alcochoden licet auctor nihil dicat: volo tamen sententiam haly abenragel pauca et veritati magis consona narrare. Dicit haly abenragel maior pars sapientum huius scie dicunt quod quoniam alcochoden fuerit in angulis dat annos suos maiores. et quoniam in succedentibus dat annos suos medios. et quoniam in cadentibus dat annos suos minores nec dat melioramentum alicui succedentiis super aliis et est error. Dicit haly abenragel. scias quod de secretis cooptis et signalibus celatis huius scie est quoniam alcochoden fuerit in gradu decime domus dat annos suos maiores. Et quoniam fuerit in gradu undecime domus dat annos suos medios. Et quoniam remouet ab uno istorum duorum locorum et vadit ad aliud aspice quot gradus sunt ab uno ad aliud et dividit per eos annos. quod sunt inter annos maiores et annos medios. Verbi gratia: pono quod gradus. 10. domus sit tertius gradus piscium: et pono quod versus sit alcochoden et sit in. 13. gradu piscium. est elongata a puncto. 10. domus per 10. gradus. et pono quod a principio. 10. domus versus ad principium. 11. sunt. 30. gradus. Scio quod si esset in principio. 10. domus daret annos maiores quod sunt 82. Et si esset in principio. 11. domus daret annos suos medios quod sunt 45. nunc autem in neutro horum duorum punctorum est. substrahitur 45 annos. scilicet meados ab annis majoribus. s. 82. et remanent. 37. anni quos multiplicabo per distantiam veneris a principio decime domus et permaneant. 370. et dividam per 30. scilicet per longitudinem inter decimam domum et undecimam et exhibentur. 12. anni et remanent post divisionem. 10. que multiplicabo per 12. et dividam per 30. et exhibentur quartuor menses. substrahatur 45. 12. annos et quartuor menses ab annis majoribus veneris et permanebunt. 69. anni et 8. menses et erunt anni quos dat venus in tali casu. Istud exemplum poteris applicare ad alios angulos et domos. Dicit haly abenragel quoniam alcochoden fuerit combustus et ipse iens ad solem ita quod non appareat perdit totum datum suum: quia quando est in hoc statu non dat nisi dies vel horas vel teres que nomen non habent. et terminus combustionis est iste. Postquam saturnus fuerit occidentaliter a sole et sol inerit ad eum et fuerint inter eos. 15. gradus donec remanserit et orientalis fuerit et fuerint inter eos. 10. gradus completi. Et iupiter illud idem. Mars tamen postquam inter eum et sole in occidente fuerint. 15. gradus quoniamque sit orientalis et inter eos sunt. 9. gradus. Mercurius tamen facit facta sua et dat dona sua completa quod diu fuerit directus dum non sit approachatus soli ad minimus de. 7. gradibus et a. 7. gradibus versus ad. 5. datum non tamen complete. Sed a principio. 7. graduum donec transeat solem per 5. gradus perdit suum datum totum. et a. 5. gradibus versus ad complementum

7. graduum dat modicū: venū postq; transiuit. 7. gradus dat suū datū cōpletū. et hoc idem facit venus excepto qd qn̄ appetat visibiliter ad min⁹ horū. 5. graduum dat tūc datū suū cōpletū. Luna tñ qn̄ applicat soli eundo ad eū et fuerint inter eos. 15. gradus debilitatē ei⁹ factū et dat modicā rem. s. dies uel qd huic assimilat. Et qn̄ applicuerit soli ad. 12. grad⁹ per dit totū ei⁹ datū donec transiuerit gradū solis p. 10. grad⁹ et tūc dat modicū datū dies. s. uel qd ei⁹ assimilat quo usq; transiuerit solē p. 12. grad⁹ et tūc dabit totū eius datū completū. Lascis autē planete qui est cōtra riū exaltationi aufert mediū dati. et termin⁹ hui⁹ casus et ita sol cū fuit in. 5. gradu libre quo usq; transeat. 25. grad⁹ eiusdē est in casu suo: residuum signi iudicabif sicut detrimentū. Saturn⁹ est in suo casu a principio 12. grad⁹ arietis donec transeat. 25. gradū eiusdē: et residuum signi p detri mēto iudicabif. Jupiter ē in suo casu a qrtō gradu capricorni vscq; ad cōplementū. 20. graduum: et residuum signi iudicabif sicut detrimentū. Mars est in suo casu a principio. 19. grad⁹ cancri vscq; ad finez ipsi⁹ cancri: et in principio ipsi⁹ signi iudicabif sicut detrimentū. Et ven⁹ est in suo casu post qd transiuit terminū Iouis vscq; ad. 21. gradū virginis. Istud de venere qd dicit nō pōt stare nisi intelligas fin terminos Ptolemei. fin enim terminos illos. 14⁹ grad⁹ virginis est finis termini Iouis. Scdm vō terminos positos in alchabicio nō est ita. ibi enim termin⁹ Iouis finit in. 21. gradu virginis. Uel igī Irā baly est corrupta uel nō pōt dictū suū intellegi nisi fin terminos Ptolemei. Et mercur⁹ est in suo casu a principio 8. grad⁹ pisciū vscq; ad cōplementū. 19. gradū ipsi⁹: et in residuo eiusdē signi iudicabif tanq; si eēt in detrimēto suo. Retrogradatio triū superiorū planetarū a principio sue retrogradatiōis vscq; ad oppositionē solis. i. vscq; ad mediū retrogradatiōis aufert medietatē dati et alia medietas remanet: et qn̄ trāsiuerit oppositionē solis aspice quor grad⁹ et minuta ibit retrogradādo ab oppositiōe solis et quor fuerit aspice quā p̄ē p̄portionale h̄bit ad oēs grad⁹ quos b̄z retrogradari ab oppositiōe vscq; ad directionē et tñ addas medietati dati et dirigas grad⁹ illos recte cū suis minutis tali mō qd qn̄ planeta fuerit in principio diretiōis sue dabit recte suū datū cōpletū. Pono in hoc exemplū: pono qd mars fuerit alcochoden et fuerit datū suū totū. 60. anni fin p̄portionē prius factā inf angulū et succedentē et ponā qd sit ipse retrograd⁹ inter mediū retrogradatiōis amisiſt ḡ in medio retrogradatiōis sue et an mediū retrogradatiōis medietatē horū ānoz et remanserūt. 30. anni: et pono qd inerit ultra mediū retrogradatiōis sue. i. oppositionē solis retrogradādo p̄ duos grad⁹: et pono qd ab oppositiōe vscq; ad directionē debeat ire retrogradādo p. 10 grad⁹. multiplicabo igī duos grad⁹ p̄ medietatē dati qd amisiſt. s. p. 30.

annos et pueniet. 60. que. 60. diuidâ p. 10. et exhibuit. 6. anni quos annos  
addâ medietati dati. s. 30. annis et pueniet. 30. ani. hoc esset datu[m] martis  
in casu p[ro]posito. Tunc venus et mercuri postq[ue] glibet eoru[m] incipit retrogra-  
dari p[er]dit medietate dati ei[us] q[uod] dat qui est direct[us]. et postmodu[m] aspice q[uod]  
grad[us] et minuta sibi remanet usq[ue] ad occultationem suam recte quanto plus  
poteris: q[uod] venus forte apparebit existendo inter ea et sole minus. 5. gra-  
dibus. Et qui fuerit apparet dabit mediuz datu[m] nisi apparuit existendo  
inter ea et sole minus. 5. gradib[us] q[uod] tunc non p[ro]dest illi apparitione illa in hoc  
statu. Postmodu[m] dirigas illos grad[us] et minuta postq[ue] retrogradari ince-  
pit quousq[ue] occultauerit se subtiliter et recte et diuidas p[er] hoc mediu[m] da-  
ti q[uod] remansit in modo p[re]dicto: q[uod] qui occulta totu[m] perdit ei[us] datu[m] sicut  
p[re]diximus q[uod] nihil remanet ei. Et potest exemplificari ad similitudinem exem-  
pli dati in retrogradatio[n]e triu[m] superioru[m]. Dicit hely q[uod] iupiter et venus qui  
coiuncti fuerint corporaliter uel qui aspiciunt alcochoden de tertio uel sex-  
tili addutu[m] numero annoz quos dedit alcochoden sum numeru[m] annoz  
suo z numeroz annos uel menses uel dies uel horas iuxta virtutes uel  
debilitates eoz: et in ambe infortunie saturnus et mars qui iungunt corpo-  
raliter ei alcochoden uel ipsu[m] aspiciunt de opposito uel q[ui]rto minuit ei  
numeru[m] annoz suo z minorum. Sz qui mercuri fuerit cu[m] fortunis ad-  
dentib[us] alcochoden addit ipse filiter numeru[m] annoz suo z minorum: et  
qui fuerit cu[m] infortunis minuentib[us] alcochoden minuit etiam partem suam  
et qui mars et saturnus aspicerent de tertio a signis breuiu[m] ascensioni aut  
de sextili longariu[m] ascensioni minuit. Et dico q[uod] sol in q[ui]rta et oppositio-  
ne minuit numeru[m] annoz suo z minoruz: et addit de 3. et sextili. Multi  
ex astrologis antiquis et modernis dicunt q[uod] luna fortunata addit de ter-  
tio uel sextili. et o[ste]ri sapientes huius scie coi[te]nent q[uod] qui natus non habuerit  
hylech et habuerit aliquam duarum fortunarum in ascendentem uel medio ce-  
li possibile est q[uod] viuet summa quantitate annoz minorz illius fortune q[uod] vita  
significauit nisi gradus ascendens et luna fuerint infortunati uel fuerit ea-  
de fortuna domus mortis: q[uod] tunc sig[ni]fici modica durabilitate et vita.

**A**lmutez vo qui p[re]st nativitati  
Hic auctor docet eligere almutez. i. planetam dominatorem in si-  
gura a qua accipitur esse natu[m] post hylech et alcochoden. Sua  
l[oc]e est ista. planeta his maiorum dominium sive plures fortitudines  
in. 5. locis p[re]dictis a quibus accipiuntur hylech qui sunt loci solis loci  
lune loci coniunctionis uel p[ro]uentioris pars fortune gradus ascendens ille pla-  
netas est almutez. i. vincens. Et si alijs habuerit dignitates in. 2. uel. 3. uel  
pluribus locis ex locis p[re]dictis ille est almutez. Verbi gratia: pono quod uniuspla-

neta sit dñs ascendētis et dñs termini eiusdē ascendētis et cū hoc dñs sa-  
ciei eiusdē: talis planeta haberet in ascendentē. 8. fortitudines. et pono  
q̄ alter planeta sit dñs exaltatiōis ascēdētis et dñs dom⁹ loci solist dñs  
triplicitatis pris fortune: talis planeta esset dignior almituz; q̄ primus  
q̄ habet plures fortitudines in locis pdictis. Et ut abbreviet sermo col-  
ligende sūt fortitudines cuiuslibet in. 5. locis pdictis. et ille eorū q̄ abun-  
dauerit in numero fortitudinū ille erit almituz.

**A**Ter hoc profectio iānis natita-  
tū atq̄z mū. In hoc capitulo docet op̄ pfeciōis. i. mutatio  
pliciē. Primo in ānis nativitatū. 2. in ānis magnarū iūnctionū. Op̄ in  
nis nativitatū est facile. et est sua lrē talis. cū volueris scire ad qđ signū  
applicat ānus nativitatis alicui⁹ vide quot anni pfecti transferint nato  
et incipies a gradu ascendētē nativitatis et dabis cuilibet ānoynū signū  
et vbi finit⁹ fuerit numer⁹ ibi erit signū pfectiōis ab ascēdētē. Verbi grā:  
ascendēs alicui⁹ nativitatis fuit. 10. grad⁹ arietis in fine primi anni ve-  
nit pfectio ad. 10. gradū tauri. In fine secūdi āni ad. 10. gradū gemino-  
rū et sic fm̄ hūc ordinē dando cuilibet anno signū vñū vsc̄ ad cōplemē-  
tū. 12. annos. tūc enī. s. in fine. 12. ānos reuertit ad locū radicis. Si autē  
multi anni transferint nato subtrahē a toto numero annorū psectorū q̄  
transferūt nato. 12. quotiēs poteris. i. diuide p. 12. et numerū qui rema-  
net infra. 12. p̄isce ab ascēdētē nativitatis fm̄ modū prius dictū. Verbi  
grā: ascendēs cuiusdā nativitatis fuit. 13. grad⁹ virginis et transierūt na-  
to. 32. anni solares cōpleti. subtrahā a. 32. annis. 12. bis et remanent. 8.  
annī cōpleti. dabo q̄ primū annū virginī. secundū libre. tertīū scorponi  
q̄rtū sagictario. q̄ntū capricorno. sextū aquario. septimū pisib⁹. octauū  
arieti. veniet q̄ pfectio ad signū qđ succedit imēdiate. s. ad taurū ad con-  
simile gradū gradui radicis. s. ad. 13. eiusdē. Sicut dixi de gradu ascen-  
dente ita faciendū est de gradu solis et gradu lune et gradu pris fortune:  
et vbi applicuerit ann⁹ dñs illi⁹ signi est disppfitor illius anni. Et ab illo  
accipiunt̄ facta de quib⁹ nat⁹ se intromittet illo anno et fortunia et infor-  
tunia que accidēt sibi illo anno. Auctor ponit exempla in lrā iō non est  
necessē multū insistē exemplis. Deinde dicit auctor cū pfectio anni pue-  
nerit ad aliquē gradu alicui⁹ signi et fuerit alijs planeta ul̄ radij alicui⁹  
planete post ipsū gradū in eodē signo uel in eadē domo in figura et vo-  
lueris scire qñ pueniet pfectio ad ipsū planetā uel radios ei⁹. vide quot  
grad⁹ et minuta sint inter gradū ad quē puenit ann⁹ et ipsum planetā uel  
radios ei⁹ et multiplica illos p. 12. et sextā yni⁹. hoc ē dicē. dabis cuilibet

gradui. 12. dies et sexta pte vni<sup>o</sup> et pueniet tibi dies q sūt a principio illius anni usq ad tēpus in q pfectio pueniet ad planetā uel ei<sup>o</sup> radios. Ratio autē quare cuilibet gradui dant. 12. dies et 6<sup>o</sup> vni<sup>o</sup> est: qz hoc mō in fine anni cōplet vnu signū. Si enī multiplicaueris. 30. grad<sup>o</sup> p. 12. et sextam vni<sup>o</sup> pueniet. 365. dies q sūt dies vni<sup>o</sup> anni. Dicit Ptoleme<sup>o</sup> in ppositiōe 236. q̄ te p̄tis q̄driptiti sui. et sciem<sup>o</sup> dispositionē facti annorū accipiēdo numerū annorū natuitatis et p̄sciem<sup>o</sup> eos a quolibet locoru bylegio et fm ordinationē signorū vniciqz signo annū vnu et accipiem<sup>o</sup> disposito rem a signo in quo applicat numer<sup>o</sup> graduū. Idē haly in cōmento dicit q̄ in hoc dicto vult narrare Ptoleme<sup>o</sup> q̄ q̄libet signū disponit in āno vno et sic ibit signi reuolutio in quo est significator q̄buslibet. 12. annis vna vice usq ad finē vite: et hoc sciuūt omnes astrologi.

## Rofectio autem ex ānis mūdi

Dic docet op<sup>o</sup> pfectio nis in ānis mūdi. Sūia littere ē talis. Cū volueris scire applicationē ānorū alicui<sup>o</sup> secte vi de quor transferint āni solares cōplete a principio illi<sup>o</sup> anni in quo fuit magna ūuctio q̄ significauit illā sectā et di vide illū numerū ānorū p. 12. et numerū q remanserit infra. 12. p̄se ab ascēdēte illi<sup>o</sup> āni in q̄ fuit ūuctio et vbi applicuerit numer<sup>o</sup> ibi ē signū pfectiōis. Auctor ponit ex<sup>o</sup> in lrā de secta sarracenoꝝ. i. machometi et dicit q̄ in ānu ūuctiōis q̄ significauit legē illā et ānu apparitiōis macho meti. s. in q̄ incepit p̄dicare fuerūt. 6. 1. āni. Alia lrā bꝝ. 52. anni. Ego credo q̄ oebēt esse. 52. āni et 57. dies. aliogn nō cōcordabit cū illo qd̄ dicit postea. et ascendēs āni in q̄ fuit illa ūuctio fuit signū geminoꝝ et puenit ille ann<sup>o</sup> in q̄ incepit p̄dicare ad signū viginis. s. ad signū illi<sup>o</sup> planete qui fuit dñs signi ascendentis anni ūuctio nis. Si enī subtrahant a. 51. 12. quoties poterit remanēt. 3. def ḡ signo geminorū primus. 2<sup>o</sup> cancro. 3<sup>o</sup> leoni et sic ann<sup>o</sup> incōpletus q̄ fuit posit<sup>o</sup> in numero puenit ad signū virginiſ. Nō est nobis magna cura quot anni fuerūt ab anno illi<sup>o</sup> ūuctiōis usq ad primū annū arabū. Sufficiat enī nobis scire q̄ ann<sup>o</sup> ille in q̄ incepérat anni arabū puenit ad virginē: q̄ anni arabū sunt nobis noti extabulis extractionis earū et poterimus incipere a virgine fm q̄ dicit auctor in littera. Et qz tempore auctoris ipsi op̄abant in p̄ibus suis p annos psarū: id applicat dictū suū ad annos psarū. et dicit cū volueris h̄fe noticiā hui<sup>o</sup> rei. i. scire ad qd̄ signū applicat ann<sup>o</sup> ex anno ūuctiōis q̄ significauit sectā sarracenoru vide quot āni psarū transferūt et verte illos in dies p̄ tabulā extractiōis earū deseruientē annis psarū aut q̄ multi

plicent anni p. 365. tot enī dies continet annus p̄ficius q̄r anni p̄fici nō  
h̄nt q̄rtā diei et nūero dierū q̄ puenēt tibi adde. 3624. dies. tot enī dies  
fuerūt a principio annoꝝ arabū vſq; ad principiū annoꝝ persarū. et qđ  
collectū fuerit diuide per. 365. et q̄rtā vniꝝ et puenēt anni solares: si qđ re  
ſtuū fuerit erūt dies anni ipſecti. Et potes etiā numerū dierū reducere  
ad ānos solares p̄ tabulas extractiōis eārū deseruientē annis solaribꝫ.  
Tota intentio auctoris stat in hoc q̄ sciamꝫ quot āni solarcs p̄fecti trā-  
ſierūt ab initio annoꝝ arabū vſq; ad tēpus cōſiderationis et dāmꝫ cuili-  
bet anno vnu signū fīm modū prius dictū et incipiemꝫ a virgine. et ego  
ponā exemplū applicādo ad cōputatiōes nostras fīm annos dñi nostri  
ihu xp̄i. Lū volueris scire ad qđ signū applicat annū cōiunctiōis q̄ signi-  
ficauit legē sarracenorū subtrabe ab annis xp̄i. 621. ānos 7. 6. menses  
et. 14. dies. tot enī anni fuerūt a principio annoꝝ xp̄i vſq; ad principiūz  
annoꝝ arabū et numerū annoꝝ p̄fectoꝝ q̄ remanserit diuide p. 12. et il-  
lud qđ remaner. p̄fice a virgine dando cuilibet āno signū vnu fīm modū  
priꝝ dictū et remanet annū impfectū sequēs annos p̄fectos quos diuisisti  
manet in vngine. Verbi grā: anni xp̄i sūt mō. 1330. cōplete t. 22. dies ab  
illis subtrahā. 621. ānos. 6. menses. 14. dies remanet. 708. anni solares  
p̄fecti. 6. menses et. 8. dies. Illi sūt anni q̄ transierūt a principio annoꝝ  
arabū vſq; mō. quos annos p̄fectos diuidā p. 12. et totus numerū surgit  
ita q̄ nō remanet aligꝫ anni p̄fectoꝫ. Dico ḡ q̄ p̄fectori anni cōiunctiōis  
magne q̄ significauit sectā sarracenorū mō est in virgine fīm suam au-  
ctoris. Sicut exemplificatū est de secta sarracenoꝫ ita p̄t fieri in alijs  
sectis si debeat dici secte si sciat cōiunctio significans illā sectā et scēdēs  
anni cōiunctiōis. Sz de hac materia nō expedit multū log. est enī res q̄  
nō cōcordat cū fide nra: sz si qs delectat̄ in his et volueris reducere mu-  
tationes q̄ fūt i legibꝫ ad motꝫ ſupioꝫ corporū legat libros de magnis  
cōiunctionibꝫ et ibi iueniet. Dende dicit si volueris p̄fectionē a signo cō-  
iunctionis q̄ significauit p̄dictā sectā p̄fice annos p̄dictos a ſcorpione  
q̄r cōiunctio illa fīm eū fuit in ſcorpione. Si v̄ volueris p̄fectionē ab aſce-  
dente regni vide quot āni solares transierūt a principio illiꝫ regni. Ip̄e  
exemplificat de uno regno sz nescio de quo regno loquiꝫ et non curo q̄r  
ſine exemplo ſuo p̄t intelligi littera. Sicut autē dicit de ascēdente re-  
gni ita debet intelligi de ascēdente fundationis alicuius ciuitatis uel  
caſtri uel etiā cuiuscūq; edificij ita q̄ accipiant āni solares p̄fecti qui  
transierūt a principio fundationis illiꝫ et p̄ficiant ab ascēdente princi-  
pij fundationis fīm modum ante dictū. Deinde dicit si volueris profe-  
ctionem ab ascēdente mutationis coniunctionis Iouis et saturni de  
triplicitate aquatica ad triplicitatem igneā ſubtrabe ab annis p̄ſarū

176. annos psicos & cōuerte illos qui remanēt in annos solares & p̄ijce  
a leone. vult dicere q̄ cōiunctio Jovis & saturni in principio annozum  
persarū fuit in triplicitate equatica & post principiū annoꝝ persarū per  
quos ipsi cōputabant p. 176. annos mutari ut se cōiunctio ad triplicita-  
tem igneā: iō iubet subtrahere ab annis persarū. 176. annos & remanēt  
anni qui transferūt ab anno mutationis cōiunctionis ad triplicitatem  
igneā: t̄ iubet eos annos qui remanēt vertere in annos solares q̄ p̄isci  
nō habent bisextū & anni solares habent: pfectio autē fit fin annos sola-  
res: t̄ iubet p̄ijcere a leone q̄ fin ipsū leo fuit ascendens in anno muta-  
tionis cōiunctionis ad triplicitatē igneā. ex quo videſ q̄ auctor iste fuit  
& cōposuit hunc librū in tempore quo cōiunctio fuit i triplicitate ignea  
nūc autē hec cōiunctio est in triplicitate aerea ideo ponā exemplum de  
triplicitate in qua nos sumus. Lū volueris scire pfectiōne ab anno mu-  
tationis cōiunctionis Jovis & saturni ad triplicitatē aereā subtrahē ab  
annis xp̄i. 1324. annos 2. 71. dies 2. 20. horas. tantū enī tempus trans-  
uit a principio annoꝝ xp̄i usq; ad principiū annoꝝ mutationis cōiun-  
ctionis ad triplicitatē in qua nos sumus: t̄ residuū p̄ijce a. 13. gradu tau-  
ri. ille enī fuit ascendens anni supradicti & ubi pduxerit te numerus ibi  
erit pfectio anni. Verbi gratia: anni xp̄i sunt numero. 1330. completi &  
22. dies. ab illis subtraham. 1324. annos 2. 71. dies & remanent. 5. āni  
pfecti & 316. dies anni impfecti: dabo primū annū tauro incipiendo a  
13. gradu eius. secundū signo geminorū incipiendo a. 13. gradu ei⁹. ter-  
tium cancro. quartū leoni incipiendo a. 13. gradu eius. quintū virgini  
incipiendo a. 13. gradu eius. venit ergo pfectio. 6. anni mundum pfecti  
ad librā ad. 13. gradū. Et si volueris gradū in quo est pfectio diei vltimi  
ex diebus qui transferūt de anno impfecto multiplica numerū diierum  
anni pfecti p. 30. & pdictum diuide p. 365. & numerus quotiens erit gra-  
dus. Si autē aliquid remanserit post diuisionē multiplica illud p. 60. &  
diuide p idem quod prius & numerus quotiens erit minuta. Verbi grā  
in pposito exemplo remanserūt de anno impfecto. 316. dies quos mul-  
tiplicabo per. 30. & pueniet. 9480. quē numerū diuidam per. 365. & teri-  
bunt. 25. gradus & remanēt post diuisionē. 355. que multiplicabo p. 60  
& puenient. 21300. & diuidā per. 365. & exhibunt. 58. minuta. addam ergo  
super. 13. gradū libre. 25. gradus & 58. minuta. & pueniet numerus usq;  
ad. 8. gradus & 58. minuta scorpionis. ibi ergo nūc est pfectio ab ascen-  
dente anni mutationis cōiunctionis ad triplicitatē aeream.

**T**er hoc directio. In hoc capitulo autem docet dirigere significatorē quēlibet ad quēlibet locū circuli. Intelligen-  
dū ē primo q̄ directio siue dirigere significatorē ad quēlibet locū circuli nihil aliud ē q̄ inuenire grad⁹ equinoctialis ḡ reuoluū a loco significatoris vslq; ad locum ad quē debet dirigī. Si locus significatoris fuerit in medio celi uel i angulo terre tūc dirigere est inuenire grad⁹ equinoctialis ḡ reuoluū a loco significatoris vslq; ad locū quē debet dirigī in horizonte recto. Si autē fuerit in ascendēte uel in occidente tūc est inuenire illos gradus in horizonte obliquo. Si autem nō fuerit in aliquo horū locorū tūc accipiuntur ascensiones mixtū. s. miscendo ascensiones circuli directi cū ascensionib⁹ regionis proportionabiliter tñ fin distatiā loci significatoris ab angulis: t gradus directiōis qñq; significat annos qñq; dies qñq; alia tpa. In nativitatib⁹ glibet gradus significat annū. In reuolutionib⁹ anno rū mūdi et nativitatū quilibet gradus significat diē. Et quidā volūt q̄ i reuolutionib⁹ anno. 59. minuta 7.8.2⁹. s. motus solis in uno die significant vnu diē. In coniunctionib⁹ solis et lune et in oppositiōib⁹ fin quosdam glibet. 13. grad⁹. 10. minuta. s. quantū luna mouet in die q̄ mediū cursū significat diē. Lū ḡ volueris significatorē aliquē dirigere ad quēcūq; locū circuli si significator ille fuerit in gradu mediū celi uel in angulo terre subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionib⁹ circuli directi loci ad quē vis dirigere et remanet grad⁹ directiōis. Si yō significator fuerit in ascendēte aut occidēte subtrahe ascensiones circuli obliqui grad⁹ significatoris ab ascensionib⁹ circuli obligad quē vis eū dirigere et remanet grad⁹ directiōis. Exemplū qñ est i medio celi. Pono q̄ luna sit i medio celi in. 5⁹ gradu aquarij. et pono q̄ radij oppositi saturni sint in sexto gradu piscei. Ponam q̄ velim dirigere lunā ad radios oppositos saturni. Quesui igit̄ ascensiones gradus lune in circulo directo et inueni. 37. grad⁹. 23. minuta. quesui etiā ascensiones sexti grad⁹ piscei vbi sūt radij oppositi saturni in eodē circulo directo et inueni. 67. gradus. 98. minuta. Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionib⁹ radiorū saturni et remanserūt. 30. grad⁹. 25. minuta. illi eēnt grad⁹ directionis in hoc casu. Exemplū qñ est in ascendēte. Pono q̄ luna sit in eodē. 5. gradu aquarij et radij saturni in. 6⁹ piscei quesui ascensiones grad⁹ lune in circulo obliquo in regiōe cui⁹ latitudo est. 48. gradū et inueni. 330. grad⁹. 12. minuta. Quesui etiā ascensiones sexti grad⁹ piscei et inueni. 348. grad⁹. 31. minuta. subtraxi ascensiones lune ab ascensionib⁹ grad⁹ radiorū saturni et remanserūt. 18. grad⁹. 9. minuta. illi eēnt

grad⁹ directiōis in hoc casu. hoc eodē mō dirigif⁹ grad⁹ ascendēs ad quē  
libet locū circuli. Si vo significator dirigēdus fuerit extra hec loca tūc  
si fuerit inter mediū celi ⁊ ascendens vide distantiā ei⁹ a medio celi sub  
trahēdo ascensiōes grad⁹ medi⁹ circuli in circulo directo ab ascensioni  
bus grad⁹ significatoris quā distantiā serua. Deinde scias medietatem  
arcus diurni grad⁹ significatoris p̄ modū dictū in caplo de radiationi  
bus ⁊ serua eā. Deinde subtrahē ascensiōes circuli directi grad⁹ signifi  
catoris ab ascensionib⁹ circuli directi loci ad quē vis eū dirigere ⁊ qđ re  
manserit erit significator circuli directi serua eū. Deinde subtrahē ascē  
siones grad⁹ significatoris in circulo obliq⁹ ab ascensionib⁹ loci ad quē  
vis eū dirigere in eodē circulo obliq⁹ ⁊ qđ remanserit est significator re  
gionis. Deinde subtrahē significatorē minorē de maiori ⁊ differentiaz  
multiplica p̄ distantiā ab angulo medi⁹ celi ⁊ p̄ dictū diuide p̄ medietate  
tem arcus diurni ⁊ pueniet ps p̄portionalis quā adde sup significatorē  
circuli directi si fuerit minor significatore regiōis: uel subtrahē si fuerit  
maior ⁊ qđ puenierit erit grad⁹ directiōis. Si aut̄ velles dirigere ſi ſuc  
cessionē signoꝝ ſic dirigūt p̄tes ⁊ planete retrogradi. s. pcedēdo ab ascē  
dēte veri⁹ mediū celi tūc debes accipe distantiā significatoris ab ascēdēte  
p̄ ascensiōes regiōis ⁊ debes addere p̄tē p̄portionalē drie duorū signifi  
catorū sup significatorē regiōis ſi ille erit minor significatore circuli di  
recti aut subtrahē ab eo ſi eēt maior. i. alio nō differt op⁹. Si aut̄ signifi  
cator dirigēd⁹ fuerit int̄ ascēdēs ⁊ angulū tre: vide distantiā grad⁹ signifi  
catoris ab ascēdēte subtrahēdo ascensiōes grad⁹ ascēdētis regiōis ab ascē  
fionib⁹ grad⁹ significator⁹ regiōis ⁊ serua distantiā. Dein̄ scias medietatē  
arc⁹ nocturni grad⁹ significatoris p̄ modū dictū i ope radiationū quā  
etiā serua. Dein̄ subtrahē ascensiōes grad⁹ significatoris i circulo obliq⁹  
ab ascensiōib⁹ loci ad quē vis eū dirigē i eodē circulo obliq⁹ ⁊ qđ remā  
serit ē significator regiōis quē serua. Dein̄ subtrahē ascensiōes grad⁹ signifi  
catoris circuli directi ab ascensiōib⁹ circuli directi loci ad quē vis  
eū dirigē ⁊ qđ remanserit erit significator circuli directi. Deinde subtra  
be minorē de maiori ⁊ remanebit differentia duorū significatorū: quā  
multiplica p̄ distantiā grad⁹ significatoris ab ascēdēte ⁊ p̄dictū diuide  
p̄ medietatē arc⁹ nocturni grad⁹ significatoris ⁊ pueniet ps p̄portiona  
lis quā adde significatori regionis ſi fuerit minor significatore circuli  
directi. uel subtrahē a significatore regionis ſi fuerit maiori significa  
tore circuli directi ⁊ quod post additionem uel subtractionem p̄oue  
nerit ſunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere contra ſucces  
ſionem signorum. s. pcedendo ab angulo terre versus ascendens: uinc  
debēs accipere distantiā significatoris ab angulo terre per ascensiōes

circuli directi et multiplicare illam per differentiam duorum significatorum et videre per medietatem arcus diurni ut prius dictum est: et parte proportionalem debes addere ad significatorem circuli directi si fuerit minor significatore regionis. Uel subtrahere si fuerit maior: in alio non differt opus. Si autem significator dirigendus fuerit inter angulum terre et gradum occidentis operari debes cum gradu opposito significatoris et cum gradu opposito loci ad quem vis eum dirigere et per distantiam gradus oppositi significatoris a medio celi et per medietatem arcus diurni gradus oppositi significatoris enim oppositus significatoris tantum distat a linea meridiana quantum gradus significatoris ab angulo terre: et medietas arcus diurni gradus oppositi est tanta quanta est medietas arcus nocturni significatoris. Et est tunc idem opus quod fuit inter medium celi et ascendens. Si vero significator dirigendus fuerit inter angulum occidentis et medium celi debes operari similiter per gradum oppositum significatoris et per distantiam eiusdem ab ascendente et per medietatem arcus nocturni eiusdem gradus oppositi et per gradum oppositum loci significatoris ad quem dirigendus est: et est eadem operatio sicut fit inter ascendens et angulum terre. Si vero contingat quod significator dirigendus sit in una quadra et locus ad quem debet dirigiri sit in alia quadra. Verbi gratia: significator sit inter medium celi et ascendens et locus ad quem debet dirigiri sit inter ascendens et angulum terre tunc debes dirigere versus ad angulum et postea dirigere angulum versus ad locum ad quem debet dirigiri et iungere has directiones insimul. Diriges autem significatorem prius dictum ita quod accipias distantiam significatoris ab angulo qui est retro ipsum in ordine signorum sicut si fuerit inter angulum medium celi et ascendens accipies distantiam eius ab angulo medium celi. Et si fuerit inter ascendens et angulum terre accipies distantiam eius ab ascendente: accipies etiam medietatem arcus diurni uel nocturni gradus significatoris vel eius oppositi per modum prius dictum: et angulum ad quem vis dirigere accipies per loco ad quem debet dirigiri et tenet ordinem prius dictum. Illa directione facta diriges angulum per modum prius dictum quod significator fuerit in aliquo angulorum versus ad locum ad quem debet dirigiri significator: et addes unam directionem cum alia et puenient gradus directionis. Auctor littera dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo et illa debet dividiri per partes horarum gradus significatoris et puenient hore distantie significatoris ab angulo et dicit quod debet accipi sexta pars differentie duorum significatorum quam sextam partem iubet multiplicare per horas distantie significatoris a meridie: et puenies iubet addere ad significatorem circuli directi uel subtrahere per modum dictum. Sed modus quem posui est leuior

et planior. In modo enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modum quem ego posui. et ultra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: et postea dividere distantiam ab angulo per partes horas gradus significatoris et quod puererit tenere. Oportet etiam finem modum suum querere significatore circuli directi et significatore regionis per eundem modum quem posui. et etiam differentiam duorum significatorum: et ultra hoc oportet illam differentiam dividere per sex ad hoc quod habeat secundum partem eius. Cum in multitudine operationum faciliter cadat error videatur mihi modus quem posui certior. Exemplum quoniam significator est inter medium celum et ascendens et locus ad quem debet dirigi in eadem quadra. scilicet inter medium celum et ascendens. Pono quod luna sit hylech et sit in sexto gradu aquarii et pono quod radij oppositi saturni et idem esset de corpe: sunt in sexto gradu piscium. Et pono quod angulus medius celum sit 20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios saturni quesuius primo ascensiones gradus medius celum in circulo directo et iueni. 21. gradus et 39. minuta. subtracti ascensiones gradus medius celum ab ascensionibus gradus lune et remansit distantia lune a medio celum. 15. gradus 44. minuta. Deinde quoniam ascensiones gradus lune in circulo obliquo et iueni. 330. gradus 22. minuta. quoniam etiam ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus et 30. minuta a quibus subtracti ascensiones gradus lune sed quod non potui subtractare eo quod ascensiones gradus lune erant maiores ascensionibus gradus oppositi addidi ascensionibus gradus gradus oppositi lune. 360. gradus et puererunt. 464. gradus. 30. minuta. deinde subtracti et remanserunt. 134. gradus. 8. minuta. et hoc fuit totus arcus diurnus gradus lune quem mediaui et fuit medietas. 67. gradus. et 4. minuta. Seruaui itaque distantiam lune a medio celum et medietatem arcus diurni lune. Deinde subtracti ascensiones gradus lune in circulo directo que fuerint. 37. gradus. 23. minuta. ab ascensionibus gradus radios saturni in eodem circulo que fuerint. 57. gradus. 48. minuta. et remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. et hoc fuit significator circuli directi seruaui itaque eum. Deinde subtracti ascensiones gradus lune in circulo obliquo que fuerint. 330. gradus. 22. minuta. ab ascensionibus radios saturni in eodem circulo obliquo que fuerint. 348. gradus. 31. minuta. et remansit significator regionis qui fuit. 18. gradus. 9. minuta. Deinde subtracti significator regionis a significatore circuli directi et remansit differentia duorum significatorum qui fuit. 12. gradus. 16. minuta. Deinde multiplicauit istam differentiam per distantiam lune a medio celum et diuisi per medietatem arcus diurni gradus lune et puerit pars proportionalis qui fuit. 2. gradus. 52. minuta. 39. 2. quam partes proportionales etiam subtracti a significatore circuli directi qui fuit maior significatore regionis et remanserunt gradus directionis qui fuerint. 27. gradus. 32. minuta. 21. 2.

accepi p quolibet gradu vnu annuꝝ t p quibuslibet minutis. 5. residuis  
vnū mensis t p quolibet minuto. 6. dies. t p quolibet secundo. 6. minu-  
ta dierū: cū completu fuerit hoc tempus a tempore nativitatis cui⁹figu-  
ra fuerit hoc modo disposita morieſ natus. Qn̄ vō significator est inter  
ascendens t angulū terre operaberis cum distantia ab ascendentē t cū  
mediatate arcus nocturni t nō differt in alio. Lū volueris dirigere con-  
tra successionē signoꝝ si significator fuerit inter mediū celi t ascendēs  
operaberis cū distantia ab ascendentē t cum mediatate arcus diurni.  
Si significator fuerit inter angulū terre t gradū occidentis operaberis  
cū opposto gradus significatoris t gradu opposto loci ad quē vis di-  
rigere. t tūc est opus tuū inter medium celi t ascendens. Et si signifi-  
cator fuerit inter gradum occidentis t medium celi operaberis similiter cū  
gradibus oppositis. t tunc est opus tuū inter ascendens t angulū terre.  
¶ Nota tñ q̄ fin modum dictum dirigunt significatores quando non  
habent latitudinem. Quando autē significatores habent latitudinem dif-  
ficilior est modus. t ppter hoc factu fuit instrumentū ad dirigendū pla-  
netas habentes latitudinem t illud instrumentū vocatur directorium.  
Videbat cōpositori seu intentori illius instrumenti q̄ significator ha-  
bens latitudinem nō posset dirigi per tabulas ascensionum uel nō sine  
magna difficultate. Ego autem dico q̄ instrumentū suum non est suffi-  
ciens nisi sit maxime quantitatis ita q̄ possit recipere minuta tale autē  
vix potest fieri. In directionibus enī ut plurimū accipitur pro quolibet  
gradu vnu annus. modo si in directionibus instrumentū non sit diui-  
sum nisi p gradus vix inueniet in eo certitudo vscꝝ ad annū. t hoc si in-  
strumentū sit bene factum ita q̄ nō sit error in diuidendo. hoc autē non  
sufficit. Et ego dico tibi q̄ significator habens latitudinem potest dirigi  
ad locum habentē latitudinem per tabulas ascensionū t non vidi mo-  
dum expositum in aliquo libro. Modus autē est iste cum volueris di-  
rigere significatorem habentē latitudinem ab ecliptica ad corpus ali-  
cuius planete etiam habentis latitudinem uel ad radios alicuius haben-  
tis latitudinem: quere primo gradum cū quo significator mediat celū  
fm doctrinā canonū p̄mi mobilis. Deinde quere gradū cū quo mediat  
celū locus ad quē vis dirigere fm eandē doctrinā. t accipies gradū cuꝝ  
quo significator mediat celū p loco significatoris. t p hunc scies distan-  
tiā significatoris a medio celi uel ab ascendentē p modū p̄ius dictū nec  
plus nec minus. t accipies locū cū quo mediat celū loc⁹ ad quē debet di-  
rigi p loco ad quē debet dirigi. t cū istis duob⁹ queres significatorem cir-  
culi directi p modū p̄ius dictū. deinde quere gradū cū quo oris signifi-  
cator in regiō tua fm doctrinā canonū primi mobilis. quere etiā gr-

